

**De**  
**emendatione fabulae Aeschyliae**  
**quae Supplices inscribitur**

commentatio

**Guilelmi Marckscheffellii Thuringi\*).**

---

In Aeschyli fabulas quamvis nostra aetate e virorum doctorum studiis multum utilitatis redundaverit, multique versus, qui olim corrupti obscuratique iacebant, iam correcti atque illustrati habeantur, tamen etiamnum tanta depravatorum locorum multitudo restat, ut, qui artem criticam facitare

\*) Anni sunt ex quo huius commentationis capita IV. V. VI et VII in scriiniis nostris delituere. Quae cum a Guilelmo Marckscheffelio ad nos transmitterentur, ut, si non inutiliter communicari cum philologis viderentur, inseri Museo nostro iuberemus: nos quidem acceptissimum hoc nobis munus futurum esse rescribimus, modo summarium quoddam earum disputationum praemitteretur, quae capitibus tribus prioribus comprehensae in vulgus prodierant per scholasticam opportunitatem gymnasii Hirschbergensis a. 1841: quippe sine quibus ne posteriora quidem capita vel recte intelligi vel satis facere expectationi possent. Mirabamur per aliquot annos nullum nos responsum ferro quamvis iterum atque iterum admonentes atque flagitantes: donec casu et fortuito tristissimus nuper nuntius nobis est allatus, contigisse carissimo capiti quod in expetendis vetus poeta posuit: *ὄν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος*. Hoc igitur magis iam deberi docti et strenui iuvenis memoriae visum est, ut, quae post praeclaram illam operam Hesiodiam in Aeschylum acria studia contulisset, ea ne diutius laterent. Id autem cum ita exsequimur, ut pro summario illo quod frustra expecteramus ipsam priorem commentationis partem integram repetamus, insolitae alioqui rationis excusationem a pietatis officio eo nos facilius inventuros confidimus, quo pauciorum in manus venire illiusmodi libelli scholastici solent.

F. R.

velit, abunde materiae habeat, in qua coniectandi faciat periculum et ingenii acumen exerceat. In qua re quum ego quoque aliquamdiu opellam meam posuissem multaue partim temere partim non prorsus infeliciter tentassem, ne omnis hic emendandi labor iusto fundamento careret aut ad iucundam ludendi levitatem rediret, ante omnia de librorum, quibus Aeschyli fabulas debemus, auctoritate et fide quaerendum esse intellexi, id quod a nemine satis accurate factum mirabar. Itaque me accingebam ad librorum illorum naturam et rationem explorandam; quam rem strenue aggressus ubi per aliquod tempus tractavi, non solum quae intercederet inter singulos libros cognationis ratio et quae cuique fides habenda esset, perspicere, sed etiam vitiorum multorum et originem detegere et emendationem invenire mihi videbar. Horum studiorum specimen edendi occasionem nactus, ne nimia scribendi materia impediatur atque obruar, in exemplis afferendis unius tantum fabulae, quae et corruptissima est et maxime a viris doctis neglecta, rationem habebo, Supplicium.

Sunt autem septem potissimum libri, tres codices et quattuor editiones, quibus editores in huius emendatione fabulae usi sunt; quorum nomina haec habeto: codex Medicus, (M. littera a nobis significatus,) codex Parisinus sive Regius L. (P.), codex Guelferbytanus (G.), editio Aldina (A.), Robortelliana (R.), Turnebiana (T.), Victoriana. Horum librorum magnopere dolendum est quod non omnium satis plena notitia nobis contigit. Editiones quidem illas ipse manu tractavi et, quum Wellauerum in lectionibus earum afferendis iusto negligentiore fuisse sensissem, denuo qua par est diligentia contuli; qui quae p. VI. de Schuetzii fide queritur, ea fere in ipsum cadunt, ita ut, quod illas accuratissime se contulisse earumque varietates omnes diligentissime adnotasse profiteretur, profecto non sine vana iactatione et contra veritatem dictum esse appareat. Nam multa eaque memoratu dignissima prorsus praetermisit, nonnulla, quorum ne vestigium quidem inest in illis editionibus, iis tribuit, plurima vitiose enotavit, saepissime in accentuum notatione deliquit\*). Qua-

\*) Omnia eius negligentiae exempla afferre quum longum sit, unum tractabo, ex quo quantum illa levitas Aeschylō nocuerit intelligi potest. Suppl. v. 998—1000. sic edidit:

καὶ οἷς χεῦμ' Ἐρασίῳ περιναίεται παλαιόν,

quod ex A. recepit se dicit. Vulgata scriptura, in qua reliqui libri omnes consentiunt, haec est: οὐ — περιναίετε. Et οἷ quidem est etiam in A., unde patet nihili esse περιναίεται istud et merum vitium, cuius generis ingens multitudo illam editionem foedat. Quid poeta scripserit,

rum rerum caussa in eo posita est, quod Wellaucrus saepe non ipsos illos lectionis fontes inspexit, sed permultas Butleri adnotationes cum ipsis aut editoris erroribus aut typhothetarum sphalmatis transscripsit. Quae quum ita sint, ubi mea de iis libris disputatio scripturae varietati a Wellauero adnotatae repugnare videtur, ne quis me erroris arguat aut finxisse quaedam ad meam causam tuendam existimet, sed potius ut, ne ipsis illa adnotatio fraudem faciat, caveant, eos qui hanc commentationem legent, oro atque rogo.

Iniquior est nostra in codicum indole exploranda atque iudicanda conditio. Nam Medicei libri quanquam duas collationes habemus, alteram a Salvinio factam, qua Bullerus, Blomfieldius, Wellauerus aliique usi sunt, alteram a nescio quo ad Schuetzianum exemplar a. 1808 editum institutam et editioni Weigelianae (Bibl. class. Lips. 1827) adiectam, quam nondum quisquam ad hanc fabulam emendandam adhibuit, tamen quum et saepe inter se discrepent et neutra ea qua par est cura ac diligentia confecta videatur, aliquot locis, quid in illo libro exstare credamus, dubii ambiguique haeremus. Quem quum bis collatum habeamus, eo iam commodo utimur, ut ex altera collatione de alterius fide iudicare liceat neutramque satisfacere iustis postulationibus intelligamus. Longe autem diligentius facta est posterior collatio, cuius beneficio multae Medicei lectiones nobis innotuerunt, quanquam in ea nonnulla omissa sunt, quorum notitiam priori debemus. Ceterum licet illae collationes nonnunquam inter se pugnent, tamen qui universam codicis Medicei indolem bene exploraverit eiusque cum reliquis libris similitudinem et differentiam perspexerit, plerisque locis quid sit in eo libro sine magno erroris periculo divinando assequi poterit. Cavendum est

haud difficile est ad inveniendum, si et quid sententia postulet et quid metrum ferat consideramus. Hermannii quidem emendatio *περιναίοναι* tantum abest ut probabilis videatur, ut graecae linguae consuetudini repugnare censenda sit, quoniam Graeci habitare semper *ναίειν* dicunt, nunquam *ναίεθαι*. Scripserat Aeschylus *ὄχ' χεῦν' Ἐρασίῃου περιναί-ουσαν παλαιόν. περιναίετε* librarii cuiusdam errori debetur, cui *ἔτε* quod antecedit fraudem fecit, ita ut hic quoque secundam personam desiderari existimaret. Mirabilis sane error, nec tamen incredibilis. Ceterum ne ferri quidem posset illa scriptura Wellaueriana, etiamsi melius esset, ab librorum auctoritate munita. Nam nunquam Aeschylus

has Anacreontici versus formas:  $\cup \cup \acute{\cup} \cup \acute{\cup} \cup \acute{\cup} -$  et  $\cup \cup$

$\acute{\cup} - \acute{\cup} \cup \acute{\cup} -$  respondententes inter se fecit. Non obstat Sept. 705 et 712, quum aut in versu antithetico *ἀμόφρων* mediam syllabam productam habeat aut *ἐδχταίαν αι* ante *α* corripiat, quod etiam in *ἰχταίων* Supp. 350. cadere videtur. Cf. Enger de Aesch. ant. resp. p. 11. 12.

autem, ne collationi Weigelianae tantum tribuamus, ut, ubi Schuetzius coniecturam aliquam in textu posuit, in ea autem nihil adnotatum est, talem scripturam illo libro confirmari putemus. Sic quod Schuetzius v. 93. *πανάνοιον* scripsit, id in M. esse minime est credibile. Idem cadit in v. 111., ubi idem *κάθβαρον* edidit, quod in codice non esse ex v. 122. (Well. 128. Sch.) apparet, ad quem allata est Medicee scriptura. Neque v. 337. *ἀρασθαι* in M. legi videtur, neque v. 550. *ἐφάπιτορ*, quanquam vera est ea Porsonis emendatio ab omnibus praeter Wellauerum editoribus iure recepta\*). Addo v. 423. 579. 650. 968. 972. (Well.), quibus locis M. fere cum A. et R. consentire puto\*\*).

Multo plura desiderantur ad plenam codicis Parisini et Guelferbytani cognitionem; de quibus fieri non potest quin nostra commentatio admodum manca futura sit. Hos necesse est denuo conferat diligentius, qui hanc fabulam posthac est editurus. Codicem Par., ubi nihil ex eo cognitum est, plerumque ad maiorem reliquorum librorum partem accedere iure nobis videmur statuere; Guelferbytanum autem plurimis locis cum A. congruere accepimus.

## Caput I.

### De Turnebi et Victorii editionum auctoritate.

Veterum Aeschyli editionum, Aldinae, Robortellianae, Turnebianae et Victorianae, quod Wellauerus Praef. p. VI. summam auctoritatem et praestantiam esse dicit, id vix dici potest quantopere a veritate abhorreat quantumque Aeschylō nocuerit. Atque de Aldi quidem et Robortelli editionibus postea disputabitur; Turnebus autem, quem Victorius plerum-

\*) Flagitat eam tum metrica tum grammatica ratio. Ac metro quidem subvenire studuit Wellauerus mutando strophico versu, quod prorsus improbabiler institutum est. In Lexico autem Aeschylō eam viam iniiit, quam etiam Hauptius ingressus est, ut non solum *ἐφάπιτορ*, sed etiam *πολυμνήστορ* scriberet; sed ne hoc quidem fert grammatica lex. Priore enim loco nominativus, altero vocativus requiritur; quod si probatione eget, simillimum ex Sept. c. Th. locum adscribam, ubi v. 131. haec leguntur:

*Καὶ σὺ Δύχελ' ἀνάξ, Δύχειος γενοῦ* (cf. v. 120. 121.)

*Στρατῶ δαίφ' σιόνων αἰτίας.*

Sic enim alterum versum scribendum esse docet scholiastae B. explicatio: *ἰὼν ἡμετέρων στεναγμάτων ἀχοατής*. Nostrae autem fabulae versus hoc metro scriptus videtur:  $\cup \overset{\cdot}{\cup} \cup \text{---} | \overset{\cdot}{\cup} \cup \text{---} \cup \text{---}$

\*\*) Numeri versuum sunt editionis Wellauerianae.

que ita sequitur, ut eius caussa ab illius iudicatione seiungi nequeat, quanta temeritate et audacia in poetae verba grassatus sit, hoc capite demonstrare conabor. Is enim quum tres tantum fabulas, ut ipse fatetur in praefatione graeca, codicis alicuius adiumento usus ederet, (quas fabulas Prometheus, Septem et Persas fuisse facile intelligitur,) ad reliquarum emendationem nihil auxilii habebat praeter depravatissimae Aldinae exemplar, in cuius vitiis tollendis saepe miro modo se torsit. Non negandum est, haud paucis locis sagacitate eius veram scripturam esse inventam atque restitutam; pluribus tamen corruptis poetae verbis graviora etiam vulnera inflixit posterioresque editores, qui eius editionem codicis usu niti putarent, saepe in fraudem induxit et veram emendandi viam obstruxit atque interclusit, id quod Wellauero saepe accidit. Cf. ad v. 354. 404. 675. 598. al.

Iam ut de huius editionis indole facilius iudicari possit, gravissimas scripturas nullo alio libro traditas in genera quaedam distribuam, et primum quidem ea significabo, ex quibus maxime apparet, quantopere Turnebus ex Aldo pendeat. Ex Aldinae vitiis male correctis haec originem traxerunt, quae leguntur v. 15. 43. 47. 61. 66. 116. 156. 194. 212. 259. 261. 269. 314. 317. 382. 387. 428. 444. 450. 466. 598. 638. 648. 655. 659. 675. 694. 736. 739. 767. 772. 793. 807. 823. 832. 848. 856. 860. 872. 873. 917. 978. 1008. 1026. 1041. 1058.

Horum exemplorum indolem, in quorum enumeratione ea praetermisi, ubi Turnebus ipsa Aldinae menda in suum librum transtulit, si quis consideraverit et perpenderit, non amplius dubitabit, quid de illius editionis praestantia statuendum videatur. Etenim praeter Aldinam editorem nullo libro quum hanc fabulam ederet usum esse facile intelliget. Nam omnibus fere his locis Turnebum id egisse patet, ut ex lectionibus sive potius corruptelis Aldinis, quae saepe ne graeca quidem verba exhibent, aliquem certe sensum erueret ac saltem vocabula graeca in textu poneret. Idem cadit in multa alia exempla, ubi quanquam Aldinae vestigia minus manifesta sunt, coniecturas tamen a Turnebo in verborum continuationem receptas esse patet, quibus aut metrum restitueret aut sententiam adiuvaret. Coniecturis autem eas quas infra versuum numeris significabo lectiones nili ex eo intelligitur, quod semper mutandi causae afferri possunt; quae quum minime in occulto iaceant, ne libelli ambitum sine fructu augeam, silentio praetermittendae videntur. Maxime autem ex ipsa lectionum indole origo satis aperte perspicitur. Antiqui enim libri saepe aliquid praebent, quod aut omni sensu carcat aut

metrum pessumdet aut ne graeci quidem vocabuli speciem habeat. Turnebianae autem lectiones saepissime ita comparatae sunt, ut, quamvis primo aspectu illis scripturis praestare uideantur, tamen re accuratius considerata falsissimae inveniuntur et a genuino scribendi genere, quod nonnunquam leni admissa mutatione ex antiquiorum librorum corruptelis restitui potest, longius etiam absint. Eiusmodi exempla inuenies v. 83. 104. 136. 139. 153. 160. 195. 196. 263. 317. 354. 381. 423. 430. 481. 505. 542. 548. 599. 679. 774. 790. 827. 830. 884. 885. 886. 888. 897. 952. 965. 1027. 1038. 1054.

Neque exigua est eorum locorum copia, in quibus Turnebus falsa quadam ratione ductus a vera Aldinae reliquorumque librorum scriptura discessit, multoque peiora scribendi genera inuexit; id quod his versibus factum videtur v. 85. 109. 132. 186. 201. 202. 333. 371. 390. 554. 592. 680. 710. (*vũv*) 719. 844. 788. 825. 835. 845. 869. 901. 916. 968. 990.

Habes insignem versuum multitudinem, ubi T. manifestas coniecturas exhibet. Quae lectiones si ex codice aliquo essent desumptae, in eum idem quod de T. dixi caderet et habere eum aperta correctoris vestigia censendus esset. At dicat quispiam esse aliquot exempla, ubi scripturas praebet aut verissimas aut certe tales, ut nulla mutandi ratio appareat, ideoque fieri posse, ut Turnebus etiam codicis alicuius auxilio fuerit adiutus. Cuiusmodi opinioni ut occurratur, iam eos locos indicabo, ubi T. scriptura mala est et, quum ab antiquiorum auctoritate librorum recedat, tamen nulla facile mutationis causa perspicitur. Quorum quidem numerus exempliorum adeo est exiguus, ut contra illorum multitudinem nihil valeat, praesertim quum pleraque admodum leuia sint errorique tribuenda videantur: v. 3. 99. 126. 357. 375. 853. 899. 943.

Nec maiorem vim ad T. fidem defendendam ea exempla habent, ubi haec editio prima id quod verum videtur exhibet. Quominus enim huic rei multum tribuamus, impedimur eo, quod omnes eius generis varietates ita sunt comparatae, ut emendatio admodum facilis fuerit. Quare his ipsis uti licet ad id quod de T. diximus comprobandum. Etenim mirum profecto esset, si Turnebus plerosque fabulae versus corruptos tentans nunquam verum inuenisset, ne ibi quidem, ubi quisque vel mediocriter graece doctus genuinam scripturam eruere poterat. Cuius generis haec exempla habeto: 2. 4. 129. (*ἀχειμάτων*). 223. 251. 252. 262. 267. 297. 324. 362. 395. (*καὶ om.*). 412. 442. 454. 490. 496. 505. 550. 605. 617. 673.

674. 692. 698. 701. 713. 728. 751. 781. 806. 831. 919. 922. 937. (*εὐθύμων*).

His igitur versibus Turnebi operam Aeschylō salutarem fuisse eiusque ingenio veras scripturas deberi puto. Poteram nonnulla alia exempla addere, ubi abiecto *v* ephelcystico metro consuluit. Sed pluribus etiam idem emendandi genus numeris nocuit, quum editor omnibus locis illam litteram expellere, etiam ubi necessaria esset, in animum induxisset.

Iam ad aliud emendationum Turnebianarum genus accedo. Exstat enim magnus exemplorum numerus, ubi quum ne hodie quidem malae eius coniecturae e verborum contextu eiectae sint, poeta etiamnum vulneribus, quae editor iste ei inflixit, laborat. Quorum partem quidem Wellauerus sustulit revocatis meliorum librorum scripturis; sed tamen is quoque non perspecta huius editionis indole multos locos emendandos reliquit. Nam pariter atque priores editores veri quadam specie deceptus iusto cupidius id quod apud Turnebum erat arripuit cum maximo poetae detrimento. Quare quum ista editio nullam prorsus auctoritatem habeat, semper ubi sola aliquid praebet, de ipsarum lectionum pretio quaerendum est. Quod si fecerimus, de multis versibus, ubi nunc lectio Turnebiana probari solet, iure dubitabimus.

Ut igitur ex hac disputatione aliquid utilitatis in poetam redundet, eos locos, qui a Turnebo depravati aut infeliciter tentati emendatione indigent, tractabo et, si fieri potest, quid poeta scripserit ostendam. Ex qua disputatione simul apparebit, cuius generis pleraeque sint editoris illius emendationes. V. 16. *τῆς οἰστροδόμου*, quod nunc ex T. coniectura vulgatur, quum antiquiores libri fere omnes *οἰστροδόμου* habeant, haud male quidem inventum est et confirmatur vocabulo *οἰστροδόμητος* v. 568. Sed tamen quum *o* et *a* litterae in Aeschyli libris saepe confusae inter se sint, videndum est an poeta *οἰστροδάμου* scripserit.

V. 19. *τίνα γούν*. M. *τίται οὖν*. reliqui libri *τίνα οὖν*. Quum sententiarum nexus non restrictivam, sed consecutivam particulam requirat, Turnebianae emendationi longe praestare videtur Burgessiana *τίν' ἄν οὖν*, in qua etiam *ἄν* particula percommode ad rectam enuntiationis formam addita est.

V. 75. *στυγοῦντες*, pro quo quum a Wellauero ex reliquis libris *στέγοντες* afferri vidissem, Aeschylum *στέγοντες* (arcentes) posuisse coniciebam. Quod quidem vocabulum etiam Sept. c. Theb. v. 1000, ubi nonnulli libri pro *εἴργων* *στυγῶν* habent, restituendum est, quum *εἴργων* illud nihil sit nisi explicatio verbi *στέγων*. Cf. Schol. ad Suppl. 128. *ἄλλα στέγων*] *τὴν θάλασσαν εἴργων*. Sed quum *στέγοντες* istud

vitium typographicum editionis Butlerianae esse intellexissem, Wellaueri negligentia propagatum, (antiqui enim libri *στυγόν-τες* exhibent, certe M. R. A.), illam emendationem prorsus inutilem esse sensi; nam antiqua lectio, a T. perperam mutata, vel propterea praeferenda videtur, quod aoristi participium *δόντες* praecedat nec ulla temporis mutandi ratio apparet. Similiter v. 523. *ὑβρίν εὖ στυγήσας* legitur. In secundi autem aoristi forma nemo, puto, offendet, quum Homerus Od. X, 113. et Il. XVII. 694. *ἔστυγε* dixerit.

V. 183. *τεθριμένος* omni fide ab libris caret, qui *τεθει-μένος* praebent in quo aliud quid laet. Verba, quae Sept. v. 79. leguntur, *μεθεῖται στρατός στρατόπεδον λιπών*, comparanti probabile fit, poetam *μεθειμένος* dedisse. Quanquam ipse huic coniecturae non multum tribuo.

V. 256. *τῶνδ' ἔτ' ἐπὶ τάδε χραιῶ*, quod aperte ex Aldina scriptura a T. derivatum est, vel propter insolitam syllabae finalis vocis *τάδε* productionem ferri nequit; deinde *ἔτ'* illud nec quid hoc loco significet intelligo, et iusta auctoritate caret. Nam Aldinam editionem, qua nititur, exigui pretii librum esse Wellauerumque ei immerito magnam fidem tribuisse suo loco demonstrabitur. Meliorum librorum scripturas si comparamus, facile illud verum esse intelligimus, quod iam alii invenerunt, *τῶνδε τὰπὶ τάδε χραιῶ*.

V. 259. pro *Χώρας γὰρ ἐλθῶν Ἄπις ἐκ Ναυπακτίας*, quod ex Aldino glossemate *Ἄπις γὰρ ἐλθῶν ἐκ χώρας Ναυπακτίας* ductum esse patet, ex libris fide dignioribus *Ἄπις γὰρ ἐλθῶν ἐκ πέρας Ναυπακτίας* revocandum est; nam istud vel propter verborum collocationem tolerari nequit. Quum enim rex id agat, ut nominis *Ἀπία* originem aperiat, *Ἄπις* nomen, in quo vis totius sententiae inest, in principio enuntiatum poni est consentaneum. *Πέρα* est antiquum substantivum, cuius generis poeta in hac fabula studiosissimus fuit. Cf. Haupt ad Suppl. p. 134. 5. Significat terram trans mare sitam. Ceterum hoc substantivum Goettlingius etiam Hesiod. Theog. 274. invenisse sibi visus est.

V. 302. *τί οὖν ἔτενξεν ἄλλο δυνότιμρ βοῖ*; Meliores libri *τί οὖν ἔτενξε δ' ἄλλο δ. β.*; quod Wellauerus interrogationis signo post *οὖν*posito iure praeferendum iudicavit.

V. 312. *Αἰθύη μέγιστον τῆσδε γῆς καρπουμένη. Τῆσδε*; quod ab antiquioribus libris abest, ne ferri quidem videtur posse, quum, quoties Aeschylus in hac fabula *ἦδε γῆ* sive *ἦδε χθών* dixit, his verbis semper Argivorum terram significaverit. Cf. v. 181. 248. 261. 289. 320. al. Quae vox exciderit, nemo facile nisi meliorum codicum auxilio adiutus dicat.

V. 332. τίς δ' ἄν φίλους ὄνοϊτο τοὺς κεκτημένους. ὄνοϊτο verbum interpretes mirifice vexavit. De vitio monere poterat A. et R. (fortasse etiam codicum) scriptura ὄνοϊτο, qua magnopere confirmatur egregia Bambergeri coniectura ὄνοϊτο. Ceterum cum eodem etiam φιλοῦσ' scribendum est, ad quod verbum spectat οὕτως in versu proximo, qui, nisi hanc quoque mutationem admiseris, nullo omnino sententiae vinculo cum hoc coniunctus est.

V. 356. ante Wellauerum σὺ δὲ παρ' ὀπιγόνον μάθε γέρον ἄν vulgabatur, pro quo vestitiores Turnebo libri γεραφρόνων exhibent, quod accentu mutato recipere non dubitavit Wellauerus. Hauptius autem Hermanni et Burgessii, qui γεραιόφρων proposuerunt, sententiam probat. Mihi nemo id videtur repperisse, quod probabile sit. Γεραφρονῶν enim est vocabulum pessimae notae ac fere monstrum vocabuli, quod non solum exemplis caret, verum etiam, id quod gravius est, analogiae legibus repugnat. Neque inest in γέρας senectutis notio. Γεραιόφρων autem non satis ad litterarum in libris servatarum similitudinem accedit. Alia caussa, cur in his emendationibus acquiescendum non esse putem, posita est in metro. Quum enim duo priores antistrophi versus accuratissime ad strophae formam compositi sint, ut syllabae syllabis respondeant, etiam in hoc versu eandem numerorum aequabilitatem desidero et hanc dochmiorum formam restituendam censeo: ∪ ὀ ὀ ὀ ∪ ∪ ὀ ∪ ὀ ὀ ∪ ὀ ὀ ∪ ὀ \*).

\*) Quae de metri convenientia dixi, ea impugnare aliquis possit exemplo ex eadem strophā petito. Proximi enim versus vulgo ita leguntur, ut strophicus hanc habeat dochmii formam: — ὀ ὀ ∪ ὀ, antistrophicus autem hanc: ∪ ὀ ὀ ὀ ∪ ὀ. Verum λευκόστιχτον unius Robortellianae auctoritate perquam exigua nititur. Hanc enim editionem ex codice innumeris locis correctoris manum experto descriptam esse alio loco ostendimus. Eiusmodi exemplum hoc est. In ceteris libris est λευκόδικτον, quod non recte in λευκόστιχτον emendatum esse plures rationes evincunt. Primum enim hoc otiosum est neque satis aptum epitheton; deinde cur vitula mugire et pastoris auxilium implorare dicatur, nulla ratio apparet; tum responsio quae illa scriptura efficitur, talis est, qualem Aeschylus non videtur admisisse, cf. Enger de Aesch. ant. resp. p. 52.; denique mutatio ista non satis lenis est. Omnes has difficultates vitaveris, si mecum λευκοδίωκτον (a lupo fugatam) scripseris, quod quin verum sit, minime dubito. Sic igitur γ. 346. corrigendus est:

Λυκοδίωκτον ὡς δάμαλιν, ἃ ἔν πεύραις

Ἡλιβάτοισιν ἀλγῆ πίσηνος μέμυζε.

Vides igitur etiam hoc exemplo confirmari id, quod supra de metro monuimus.

Quod quum neutro illorum vocabulorum fiat, aliud excogitavi, quod non solum huic postulationi satisfacit, sed etiam duabus litteris additis, quae facile interciderere poterant, ex eo quod in libris est sine ulla violentia effici potest. Puto autem Aeschylum γεραροφρονῶν scripsisse, quod verbum quanquam alibi non videtur exstare, tamen recte fictum est ad similitudinem cum aliorum tum κακοφρονῶν, quo poeta Ag. 1147. usus est. γεραρός autem legitur Ag. 704. Suppl. 653. Attamen, ne quid dissimulem, ambigi potest, an γεραρά φρονῶν scribendum sit.

V. 395. τύχη. Veteres libri τυχθῆ contra metrum et sententiam; quod ex τύχοι ortum est O littera in Θ depravata. Hac quidem emendatione, quae Porsoni debetur, non opus esse dicit Wellauerus; sed quum etiam τύχη mera sit T. coniectura, τύχοι autem propius ab antiqua scriptura absit, hoc praefere nemo dubitabit. Simile est, quod v. 269. pro ἐξεύχοιο A. ἐξεύχθιο habet.

V. 404. pro οἰνωμένον ex melioribus libris, in quibus ὠνωμένον legitur, cum Pors. et Elms. ᾠνωμένον restituendum est.

V. 438—440. inde a T. vulgo sic leguntur:

καὶ χοήμασιν] μὲν ἐκ δόμων πορθουμένων  
ἄτης γε μείζω, καὶ μέγ' ἐμπλήσας γόμον,  
γένοιτ' ἂν ἄλλα κτησίον Διὸς χάριν.

Quae scriptura et sententia caret et ab reliquorum librorum auctoritate abhorret, in quibus ἄτην et γόμον legitur. De his versibus paene desperatis quid alii iudicaverint silentio praetermittens, quid mihi videatur breviter dicam. Revocata enim antiqua scriptura unaque litterula mutata sic scribendum puto:

Καὶ χοήμασιν μὲν ἐκ δόμων πορθουμένων,  
ἄτην γε μείζω καὶ μέγ' ἐμπλήσαι γόμον,  
γένοιτ' ἂν ἄλλα κτησίον Διὸς χάριν.

Haec mutatio adeo lenis est, ut, si aptam sententiam efficiat, omnibus emendationibus praeferenda videatur. Ego sic explico: „Et quod ad opes quidem attinet post domorum eversiones Iovis beneficio aliae fortasse contingant, quae vel maius damnum nova copia resarcire vel compensare queant.“ καὶ ante μέγ', ut saepe ante μάλα, augendi et intendendi vim habet; ἐμπλήσαι infinitivo consilii vel eventus notio adiuncta est, ita ut ὥστε cogitatione addi possit. ἄλλα sine dubio supplendum est vocabulo χοήματα, χοήμασιν autem cum γένοιτ' ἂν coniungendum est. Ceterum duo alii huius fabulae versus restituto infinitivo pro participio aoristi emendandi sunt, qui postea tractabuntur.

V. 453. *Τύχη γυναικῶν ταῦτα συμπερη̃ πέλει. τύχη*  
 T. debetur; *τύχαν* M. G. *τύχα* R. *τύχειν* A. *πέλει* unus G.;  
 reliqui, etiam T., *πέλοι*. Quae vulgantur, non intelligo; ma-  
 xime *τύχη* ineptum est, quod non potest de conditione mu-  
 lierum dictum esse. Ex optimi codicis M. scriptura, ad quam  
 reliqui libri prope accedunt, si unam litteram mutaveris,  
 summa cum probabilitate genuina scriptura refingi potest hunc  
 in modum:

*τάχ' ἂν γυναικῶν ταῦτα συμπερη̃ πέλοι,*  
 quorum verborum haec est sententia: „Videntur haec (*στροφ-*  
*φοι* et *ζῶναι*) ornamenta mulierum esse.“ Aptissima autem  
 videtur orationis forma, qua rex utitur *τάχ' ἂν* — *πέλοι* dicens.  
 Vestitum enim puellarum a Graeca consuetudine abhorruisse  
 ex v. 231. sqq. intelligimus:

*Ποδαπὸν ἕμιλον τόνδ' ἀνέλληνα στόλον,*  
*πέπλοισι βαρβάροισι καὶ πυκνώμασι*  
*χλίοντα, προσφρονῶμεν; οὐ γὰρ Ἀργολίς*  
*ἔσθῆς γυναικῶν, οὐδ' ἀφ' Ἑλλάδος τόπων.*

V. 463. *Καὶ πολλαχῆ γε. Libri καὶ μὴν πολλαχῆ γε,*  
 ex quo Ahrensius p. 7. *facilium καὶ πολλαχῆ μὴν* emendari  
 posse monuit.

V. 585. *ἐνδικωτέροισι pro ἐνδικωτέροισιν* T. scripsit,  
 acerrimus litterae paragogicae exagitator, quam aliis quidem  
 locis posteriores editores revocaverunt. Sed etiam hoc loco  
 necessaria est littera illa, quum in versibus iambico-antispas-  
 tisticis ultimam syllabam longam esse oporteat.

V. 598. *ἐν εἰπέ δ' ἤμῃν* manifesta est T. coniectura,  
 metri causa facta, quum A. et G. *ἔνεπε* exhiberent. In opti-  
 mis codicibus Florentino et Parisiensi *ἐνόσ περ* exstat, in ed.  
 R. *ἔνισπε δ'*, quod quamquam non minus ex coniectura pro-  
 fectum videtur, Turnebiana tamen lectione longe praestabilius  
 est et ab aliis merito receptum. Wellauerus quidem Turne-  
 bum, cuius fidei nimium tribuere solet, secutus est, quamquam  
*ἐν* illud fere ineptum videtur.

V. 668. *Νούσων δ' ἐσμὸς ἀπ' ἀστῶν*  
*Ἴζοι κράτους ἀτεροῆς.*  
 quibus verbis respondent haec v. 675.

*Εὐφρημον δ' ἐπιβοῶεν*  
*Μοῦσαι θεαὶ τ' ἀοιδοί.*

In altero strophae versu *κράτους* a Turnebo profectum est,  
 antiquioribus libris omnibus *κράτος* praebentibus. Longe  
 gravior est in priore antistrophico versu librorum discrepan-  
 tia, ita quidem, ut duo antiqua scripturae genera discerni  
 queant; quorum alterum ad M. P. et R. pertinens hoc est  
*εὐφρήμοις δ' ἐπὶ βωμοῖς*; (nam quum *εν* et *α* saepe inter se

confundantur, R. fere cum M. congruit), alterum, in quo A. fere cum G. consentit, hoc: *εὐφρημον δ' ἐπὶ βωμῶν*. A. quidem *εὐφρημαν δ' ἐπιβωμῶν* habet, sed hoc ipsum revera nihil aliud est quam quod in G. exstat, quum quoties in A. α, ο et ω litterae inter se permutatae sint dici nequeat. Iam vide mihi, quam improbabilem emendandi viam Turnebus ingressus sit. Primum enim quae in vulgata scriptura obtinet metri ratio:

— — ' ) ) ' —  
 — ' ) — ) ' —,

nullo modo tolerari potest. Potius si totius carminis numeros comparamus, quantamque partium singularum aequabilitatem poeta instituerit, consideramus, hoc numerorum genus requiri intelligimus:

— — ' ) ) ' —  
 — — ' ) ) ' —

Quod quidem in stropha facillime ex librorum scriptura accentu tantum mutato (*χράτος* in *χρατός*) restitui potest, qua emendatione etiam sententia adiuvatur, quum T. lectio non facilem habeat explicatum. *χρατός* autem bene tuetur Ahrens p. 27. Multo maiori offensionem est versuum antistrophicorum conditio. *ἐπιβοῦεν* enim et metro officit et inepte de Musis dictum est, quum nec quid *ἐπὶ* sibi velit perspicere queat, neque *βοῶν* Musarum sit. Quod si reputavisset Wellauerus, non probasset Bulleri coniecturam *εὐφρημον δ' ἐπιβῶντων*. Deinde verba *Μοῦσαι θεαί τ' αἰδοίαι*, quae item metro adversantur, aperte falsa sunt. Vide Ahrens p. 26, qui locum haud improbabiler sic corrigit:

*Εὐφρημον δ' ἐπὶ βωμοῖς  
 μοῦσαν θεῖν αἰδοίαι.*

Eam emendationem perpolivit Hermannus in Iahnii Ann. 1832. T. VI. 1. p. 41., in *θεαί τ'* latere *θεαί τ'* monens; is tamen in eo fallitur, quod *εὐφρημοῖς* genuinum putat. Nam *εὐφρημον* minime iusta auctoritate caret; est enim in G. (et A.); *εὐφρημοῖς* autem quomodo explicandum sit non video, ita ut antiquus librarii cuiusdam error esse videatur in meliores libros M. P. R. propagatus. Ceterum quum G. et A. in priore versus parte meliorem scripturam servaverint, dubitari possit an ex his etiam *βωμῶν* recipiendum sit. Quod ego quidem minime probaverim duabus potissimum de caussis. Primum enim nisi *βωμοῖς* antiquissimam scripturam fuisse statueris, non facile intelligas, qua ratione omnino error ille quem notavi (*εὐφρημοῖς*) committi potuerit; deinde dativus aptior vi-

detur, quum inter ἐπὶ βωμῶν et ἐπὶ βωμοῖς id discrimen intersit, ut prius significet „in altaribus“, alterum „ad (apud) altaria“; qui sensus hic necessarius est.

V. 725. ἐπιτυχεῖ κότιω ex Aldina scriptura ἐπὶ τύχει κότιω derivatum est; in aliis libris ἐπί (vel ἐπεί) τάχει κότιω legitur. Illud, quod nunc vulgatur, sensu molestum iudicat Ahrens p. 6.; nondum enim Aegypti filios finem assecutos esse. Idem ἐπὶ ταχεῖ κότιω legendum esse vidit, quod „optimum sensum praebet; nam e celeritate itineris Aegyptiadarum animus pugnae cupidus (v. 723) cognosci poterat. ἐπί cum dativo rationem et modum indicat cf. 623.“

V. 745. Οὔτοι ταχεῖα ναυικῶν στρατοῦ στολή,  
Οὐδ' ὄρμος, οὐδὲ πεισμάτων σωτηρία  
Ἔς γῆν ἐνεργεῖν κτλ.

De difficillimo hoc loco, quum certa emendatio non sit in promptu, hoc tantum monebo, ταχεῖα στολή verba, ut absunt a librorum auctoritate (in iis enim ταχεῖα — στολή legitur), ita ne tolerabilia quidem esse. Repugnat enim sententia, quam haec T. coniectura efficit, iis quae antea dicta sunt. Sane enim cito Aegyptiacam classem advehi Danaus ipse nuntiaverat v. 699. 704. cf. v. 725. ἐπλευσαν ᾧδ' ἐπὶ ταχεῖ κότιω. Quare revocata antiqua lectione comma post στολή delendum est. In proximis autem pro σωτηρία in M. R. A. σωτηρίον legitur, in G. σωτηρίαν, ita ut fortasse σωτήριον legendum et comma in fine alterius versus ponendum sit. Iam haec verba sic interpreto: „Profecto celeri exercitus navalis expeditioni neque portus paratus est, neque funium salus, ut naves in terram trahi possint.“ Attamen quominus hanc coniecturam veram existimem, impediō οὐδ' — οὐδὲ negationibus, pro quibus οὐδ' — οὐτε desidero.

V. 763. ἀμπῆσσα δ' ὄσει pessima est T. coniectura tum ab librorum scriptura longe discedens tum metrum pessumdans, pro qua quid ex corruptis librorum lectionibus relegendum sit, in eo commentationis capite dicam, ubi de codice Parisiensi disputabo.

V. 776. ἐρημῆς metro officit. G. et A. habent ἡρέμας; quod, quum η et κ saepius inter se confundantur, nihil aliud est, quam quod R. praebet κρέμας, quod quin etiam in M. et P. inveniatur, minime dubito, quamquam ex his nihil varietatis enotatum video. Certe ἐρημῆς mera est T. coniectura, in cuius locum sine dubio Robortelli scriptura accentu tantum mutato (κρεμῆς) substituenda est. Etiam in proximo versu γυπιάς scribatur necesse est. Pro ἀπρόσδεικτος vide ne ἀπρόσσεικτος reponendum sit.

V. 856. περιχιμιπτά procosum est a T. ex περιχομιπτί,

quod est in A.; reliqui libri περιχαμπά, quo quid faciam incertus adhuc haereo.

V. 928. ἴσθι τάδ', ἥδη πόλεμον αἰρήσῃ νέον. Duobus huius versus locis T. omnium librorum scripturam mutavit, quae haec est: ἴσθι μὲν τάδ' ἥδη πόλεμον ἐρείσθενέον. Nam quod R. αἰρεῖσθαι νέον habet, hoc ipsum ex emendatione natum est. Initium versus difficillimum est emendatu; μὲν particulam si abicere licet, scripserim ego εἴσει τάδ', quod non multum abest ab ἴσθι τάδ', quum Θ et E litterae saepius inter se permutatae in libris sint et ι ex ει veteri pronuntiandi ratione facile oriri potuerit. In altera autem versus parte pro αἰρήσῃ aperte αἰρεσθαι reponendum est, quod a Porsone inventum non displicet Wellauero. Sed cur ille ἢ 'σται τάδ' ἢ δεῖ πόλεμον scribendum esse statuerit, vix assequare. αἰρεσθαι autem verum esse vel ex his locis intelligitur: v. 337. βαρέα σύ γ' εἴπας, πόλεμον αἰρεσθαι νέον. v. 434. ἢ τοῖσιν ἢ τοῖς πόλεμον αἰρεσθαι μέγαν. Quod autem ad verborum structuram attinet, infinitivus offensioni non erit, si verba πόλεμον — νέον pro appositione pronominis τάδε habebis. Cf. Pers. 423. εὖ γὰρ τόδ' ἴσθι, μηδ' αὖ ἡμέρα μᾶ πλῆθος τσοσνάρηθμον ἀνθρώπων θανεῖν, et 427. εὖ νῦν τόδ' ἴσθι, μηδέπω μεσοῦν κακόν, ubi noli commate post ἴσθι deleto τόδ' ad κακόν referre, cui rationi verborum collocatio repugnat. — Quae de hoc loco disputavimus, si cui minus satisfaciunt, ei ego aliam emendationem propono hanc:

ἴσθ' ἐν τόδ' ἥδη, πόλεμον αἰρεσθαι νέον,  
sive ἴσθ' εὖ τάδ' ἥδη, κτλ.

V. 937. εὐθυμόν ἐστιν ἐντυχεῖς ναίειν δόμους. In hoc versu T. tria de suo dedit, εὐθυμον pro εὐθυμιεῖν, quod quidem probabiliter factum est, ἐντυχεῖς pro ἐντυχούσῃ et δόμους pro δόμοις, quod in omnibus libris esse Wellauerus non adnotavit. Duae posteriores emendationes minime probo. Primum enim eiusmodi crisis iusto violentior iustaque ratione destituta est; deinde autem ἐντυχεῖς ne aptum quidem videtur, quum enuntiationum duarum deinceps positarum vis insit in vocabulis πολλῶν μετ' ἄλλων et μονορρούθμους. Quid Aeschylus scripserit, difficile est ad dicendum; nam neque εὐτύχους, quod Porson invenit, neque εὐτύχους, quod Passovius videtur legisse, probabile est. Si in omnibus libris non εὖ, sed ἐν syllabam et dativum δόμοις inveniri reputamus, in hanc incidimus suspicionem, poetam ἐν . . . δόμοις coniunxisse. Quid autem τυχούσῃ verbo faciendum sit, alius videat; mihi veriore emendandi viam indicasse sufficit.

V. 980. κάλωρα κωλύουσαν ὡς μένειν ἐρῶ. Quum in

omnibus libris θ' ante ᾠς additum sit, eius in emendatione huius versus ratio habenda erit.

V. 1015. Στυγερόν T. Sed στύγειον M. P. G. A. R., unde fortasse στύγιον reponendum esse recte monet Wellauerus.

V. 1027. φυγάδας δ' επιπνοίας contra metrum et sensum. φυγάδες δ' επιπνοίαι (sic) omnes libri antiquiores praeter R., ubi φυγάς δ' επιπνοία legitur. Correxerunt φυγάδεσσιν δ', quod verum videtur, quum etiam Pers. 545. Mediceus pro βαρίδεσσιν βαρίδες τε habeat. De altero vocabulo ambigi potest; mihi φυγάδεσσιν δ' ἐπι ποιναι' poeta dedisse videtur: „Fugitivis autem poenae instant.“ —

Postquam aperte vitiosas T. mutationes, quae omnes fere editiones occupaverunt, exagitavimus et explosimus, superest, ut de locis quibusdam dicatur, in quibus quae etiamnum vulgantur T. correctiones dubitari potest utrum verae sint an falsae.

V. 60. ἀηδόνος pro ἀηδονῆς. Sed nescio an Aeschylus, apud quem, maxime in hac fabula, multa singularia exstant, formam ἀηδονή admiserit. Simile exemplum est v. 832., ubi, quum in omnibus libris ἴδρανα legatur, non sine dubitatione cum Victorio ἔδρανα corrigere audeam.

V. 101. μαινόλιν pro μενόλιν, qua mutatione quominus versus vere emendatum putemus, metri ratione prohibemur.

V. 191. τὰ χρεῖ' ἔπη. V. 549. Λύδια pro λύγια. Sed ne sic quidem metro prospectum est. V. 590. θοάζον, quod Wellauero verum videtur.

V. 627. πυρίφατον pro πυρέφατον. Sed gravius vitium latere perspexit Droysen in Zimmermanni Diar. Ant. Stud. 1841. n. 28., κτίσαι non posse praedicatum esse nominis Ἄρη monens, sed pendere ex μάχλον; praedicatum autem depravatam esse in πυρίφατον. Qui quod ipse coniecit, πυριφαγεῖν, vereor ne rectius πυρι φαγεῖν scribatur. Ceterum iam antiquus homo verbum, quod ex μάχλον penderet, desiderasse videtur, quare βοῶν scripsit, quod, ut in A. et R. exstat, ita etiam in codicibus esse suspicor. Hac data occasione moneo, τὰν ante Πελασγίας minime cum plerisque editoribus eiiciendum esse. Constat enim hic versus ex dochmiis duobusque creticis. In antistrophico autem verba πράκτορά τε σκοπὸν corrupta esse etiam sententia docet. Primum enim Ἄως σκοπός non potest esse Iovis oculus, quanquam ea est scholiastae opinio. Neque tueri se potest hoc exemplum illo, quod est v. 376., ubi Iuppiter ipse ὁ ἑψόθεν σκοπός dicitur. Deinde τε abesse debebat, quoniam alterum epitheton est necessarium, alterum ornans. Denique oculi notio parum con-

venit vel potius adversatur iis, quae deinceps adduntur: *δυσπολέμητον, ὃν τίς ἂν δόμος ἔχοι ἐπ' ὀρόφων μαιίνοντα βαρὺς δ' ἐφιζέει.* Quae si cum his exemplis comparamus:

v. 342. *βαρὺς γε μέντοι Ζηρὸς ἱκεσίτου κότος.*

v. 380. *μένει τοι Ζηρὸς ἱκταίου κότος κτλ.*

v. 473. *ὄμωσ δ' ἀνάγκη Ζηρὸς αἰδεῖσθαι κότον*

*Ἰκτῆρος ὕψιστος γὰρ ἐν βροτοῖς φόβος.*

dubium esse nequit, quin poeta κότον posuerit. Huic vocabulo praecedunt litterae *ά τε σ*, unde nihil facilius nascitur, quam *άτας*, quod ex *πράκτορ'* pendet. Eam emendationem etiam a Bambergero factam video, qui tamen *άτης* scripsit. Neque longe a vero abfuit Burgessius. —

Redeo ad Turnebi emendationes, ex quibus non certa est ea, qua v. 721. *ἐγὼ* pro *ἐγών* scripsit. Hoc enim quoniam omnium librorum fide nititur, vereor ne retinendum sit. Usus est ea forma poeta Pers. 895., ubi ut a sequenti vocali excusationem habet, ita hic a collocatione in versus exitu. Praeterea etiam Suppl. v. 104. restituenda videtur, ubi quod in omnibus libris legitur *λέγων* (A. *λεγῶν*), id non ex *δ' ἐγὼ* (quod Engerus p. 72. nexu verborum recte perspecto proposuit), sed ex *δ' ἐγών* natum esse verisimile est; ita ut totus locus sic emendandus videatur:

*Τοιαῦτα πάθρα μέλεα θροομένα δ' ἐγών*

*λιγέα βαρέα δακρυοπετιῆ,*

*ἰῆ, ἰῆ, ἰηλέμοισιν ἐμπρηπῆ*

*ζῶσι γόοις με τιμῶ.*

In postremo versu *ζῶσι* pro *ζῶσα* scripsi; nam mortuus nemo se lugere potest, et Aeschylus si eam oppositionem, quam indicavit Bamberger in Zimmerm. Diar. 1839. p. 880, efficere voluisset, videtur *ζῶσαν* scripturus fuisse. De ea vocis *ζῆν* quam statuo notione cf. quos citavit Well. ad Ag. 793. — Ceterum pro *λέγων* ambigi potest an *λέγειν*, quod pendeat ex *μέλεα*, reponendum sit.

V. 810. *πρόξενα* pro *πράξαν*. 822. *ὀλόμεναι*. —

Haec de Turnebo satis dicta sunt; cuius editionem in Supplicibus quidem Victorius plerumque secutus est, ita tamen, ut nonnullas lectiones ex Robertelliana reciperet. Propria pauca habet, quae ex coniectura, ut videtur, profecta et partim vera partim minus recte insituta sunt. Quae enumerare omnia quum nec necessarium videatur neque conducibile, unum tantum exemplum tractabo, quod ne nunc quidem satis emendatum puto. V. 160. Victorius *ἐντενύξεται* edidit, pro quo *ἐνευξεται* M. *ἐν εὐξεται* A. *ἀνευξεται* R. *ἀνέξεται* T.

Probari nunc solet id, quod est in Glasg. ἐνέξεται; quae emendatio ut non improbabilis videtur, ita non adeo certa est, ut dubitari non liceat. Quum εἰ et α litterae saepissime inter se permutari soleant, videndum est an poeta ἐνάξεται dederit; quod duplicem explicatum habet, ut aut „inducetur“ aut „accusabitur“ significet. Quod autem mediae formae passivam notionem tribuimus, in eo nemo offendet; cuius rei exempla Euripidea conguessit nuper Firmhaber in libro de vers. Eurip. iniuria suspectis. Cf. Well. ad Choeph. 303. Aeschylo unam eius generis formam hanc nactus opportunitatem restituiam. Ag. v. 164. in plerisque libris est οὐδὲν λέξαι πρὶν ὦν, quod quum metro adversaretur, Schuetzius οὐδὲν ἂν λέξαι πρὶν ὦν emendavit, idque plerique probaverunt. Sed ne sic quidem metro satis prospectum est, quum quarta ab initio syllaba brevis esse debeat. Nam si plures huius generis versus — — — — in unum systema coniunguntur, syllaba anceps locum habere nequit. Atque in reliquis illius carminis versibus poeta semper brevem syllabam servavit. Quum igitur in quibusdam libris οὐδὲν τι πλέξαι legatur, οὐτι λέξεται πρὶν ὦν ab Aeschylo scriptum fuisse suspicor. In Supplicum autem versu vide ne graviore medela opus sit, ita ut ἐλέγξεται scribatur. Hoc non ita multum distat ab ἐνεύξεται, quum N et A litterae saepius confundantur. Sic v. 1002. μένος in omnibus libris legitur pro μέλος. 903. μάλ' M. R. μίαν G. A. 381. δυσπαρθενήτοις P. pro δυσπαρθέλοις.

## Caput II.

De librorum, quibus Aeschyli Supplices continentur, familiis.

Accedimus iam ad antiquiorum librorum indolem explorandam; de qua re ut rectius faciliusque iudicetur, ante omnia id agendum est, ut pervestigata similitudinis atque differentiae ratione familiae quaedam constituentur. Idem argumentum breviter tractavit Ahrensius „de caussis quibusdam Aeschyli nondum satis emendati“ p. 3—6., cuius sententiam hodie a viris doctis (velut a Bambergero in Praef. ad Choeph. p. VI.) fere probari video, quanquam non ex omni parte veram. Qui quod codicem Mediceum, Guelferbylanum, Robortellianum (hunc quidem addita dubitationis significatione), Regium L. ex eodem fonte derivatos dicit p. 5., id quodammodo et verum est et falsum; verum, si illud iudicium ita

interpretamur, ut antiquis temporibus ex uno codice varia apographa facta ex iisque deinceps nostros libros ductos esse statuamus; falsum, si hos ipsos ex uno eodemque libro nullo aliorum apographorum interiectu transcriptos existimamus. Nam, ut inagine quadam librorum naturam designem, omnes non pro filiis, sed pro nepotibus unius libri habendi videntur. Ex communi autem fonte omnem quae hodie fertur scripturae varietatem fluxisse, ingens vitiorum gravissimarumque corruptelarum multitudo docet, quibus nihil auxilii ex codicibus aut editionibus parari potest. Neque tamen quae intercedit inter libros similitudo tanta est, ut omnes ad unam familiam referre queas. Potius varietatis exempla perlustrantibus ea nobis se offert discrepantia, ad quam explicandam diversarum familiarum cogitatione opus esse videatur.

Ac primum quidem Guelferbytanum codicem et Aldi editionem ad unam familiam pertinere, ex eo intelligitur, quod illius scriptura tam prope ad huius similitudinem accedere dicitur, ut quin ea ex G. expressa sit non dubitandum videatur. In qua re sequenda mihi est Ahrensii sententia p. 4., qui nova codicis G. collatione usus meliorem de ea re iudicandi conditionem habebat. Ex ea collatione patere affirmat, multas A. lectiones a G. ut antea videbatur diversas in ipso illo libro exstare.

Iam quum horum librorum maxima similitudo sit summaque convenientia, quaeritur, num reliqui (M. R. P.) ab iis adeo discrepent, ut diversam familiam efficere existimandi sint. Ad quam quaestionem antequam accedam, hoc primum monebo, quum in P. permagna inveniatur lectionum ad nulum alium librum pertinentium multitudo, videri eum cum nullo in familiae societatem coniungi posse. Etenim quas ipse solus habet scripturas, eae multis locis tam longe a reliquorum consentiente fere auctoritate librorum recedunt, ut, quum neque fortuitis scribendi erroribus neque importuno corrigentis studio tribui queant, ex alio atque ceteri fonte repetendae esse videantur. Diversae autem originis suspicionem movent haec discrepantiae exempla: v. 8. *φυλαξάνορος. γρ. φυξάνορος.* v. 51. *μισαμένα.* v. 90. *δὲ ἐπιδῶν.* v. 192. *ἀμείβεθ'.* v. 245. *ἢ τηρὸν ἐρμουῦ.* v. 289. *ἰδεῖν* ante relicta lacuna. v. 316. *πεντηκοντόπαις.* (319. *ἀνθήσας,* sed teste Faehsio *ἀνοτήσας,* ut rel.) v. 349. *νεοδρέπτοις.* 364. *κοινῶσαι.* 381. *δυσπαρθενήτοις.* 388. *ὑπαντρον.* 423. *μήτι τ' αἴσταν ἰκέτιν κατιδέιν.* 477. *ἄλλων.* 500. *τί θράσος.* 613. *πλατῦναι,* quod in aliis pro var. lect. affertur. 669. *ὄλβιος.* 672. *φέρται.* 679. *ἀσφαλίας.* 707. *θήσω.* 713. *σὺν.* 763. *ἀμπετίαςας δέ.* 779. *ἀρτάναις.* 771. *τιῶδε χοιμφθῆναι* sine *χεροῖν* teste

Faehsio. 833. ἀτίταν, ἄπολιν. 844. βαθυμητροκακαπαθῶν. 850. εὐρυχωρείαις \*). 863. κροτίσσα. 884. ἐπει οὐ κακοῦ ἔξω. 921. κέκραται. 1007. θαλερόν. 1021. δὲ φίλαι. 1024. πειθοῖ. Conficitur res eo, quod is codex solus v. 40. omittit, v. 740, qui in omnibus libris deest, exhibet.

Supersunt codex Med. et editio Robortelli, quos libros ut unius familiae vinculo comprehendamus, maxime trium versuum defectu (513—515.) ad utrumque librum pertinente admonemur. Accedit ingens exemplorum multitudo, in quibus M. et R. contra A. et G. consentiunt. In eorum enumeratione etiam illorum rationem habere licet, in quibus P. cum M. et R. congruit. Etenim is liber, quamvis multa solus habeat in nullo alio reperta, plurimis tamen locis cum M. et R. consentit, admodum paucis cum G. et A. Ad familias autem quas dixi discernendas haec maxime exempla apta sunt; quae ita enumerabo, ut numeri signis statim M. et R. lectiones subiiciam, ab his autem id quod est in A. et G. disiungam.

V. 15. κέασαι — κείασε (καίασε A.) 43. τὰς (τᾶς) — ταῖς. v. 47. δ' — τ'. v. 77. κάκ π. — κακοπ. v. 115. καλύπτρα — καλύπτρα. v. 129. συμπνοιαῖς — ἀνπνοιαῖς. 175. προμήθειαν — προμηθίαν. 180. λεύσω — λεύσω. 241. πόλλ' — πολὺ. 245. ἀγόν — ἄγων. 247. εἰμ — οἰμ'. 284. τὰς — τάν. 287. ἀργεῖον — ἀργεῖων. 298. χυρὰ — ὄχυρὰ. 341. λεύσω — λεύσω. 345. ἰκέτιν — ἰκέτην. 355. κλαρίον — ἰλαρίον. 362. μελέσθω — μελέσθων. 384. τοῖςδ' — τίς δ'. v. 410. θησομέθ' — θήσομεν. 422. φύλαξαι — φυλάξε. 433. ἔξοκ — ἔξοκ. 466. ἐσέβηκα — ἐσέβηκε. 546. κιλίκων — κυλίκων. 548. ἀεναός — ἀενάους. 551. εἰςικνουμένου — εἰςικνουμένη. 601. ὥστ' — ὥς. 606. ἐπηλίδων — ἐπηλίδων. 611. ζηνός — διός. 622. ξένος — ξενίοις. 624. ἀμέμπτων — ἀμέμπτως. 626. γένει — γένη. 670. πάσα — πᾶσαν. v. 675. (vide supra). 694. λαίφους — λέφους. 695. πλοῖον — πλεῖον. 700. μελαγχίμοις — μελαγχίμοις. 710. τρέσαιτέ νιν — τρέσσαιτέ νιν (τρέση ταῖνιν). 719. παροίχομαι — παροίχομαι. 725. τάχει — τύχει(η). 730. μονοθεῖσ' — μονοθεῖσ'. 738. ἀνιέρω μένει — ἄν, ἐρομένει. 784. φιλαϊάκιων — φίλαι ἐκ τῶν. 793. βίαια — βία (βίαν). 809. ἀμφαῖνω — ἐμφαῖνω. 907. ἀβουκόλητον — ἀβουκόλυτον. 863. βροτίσσα — βροοτίσσα. 872. δίπους — δίπου. 894. ἡμπλάηται — ἡμπλάημε. 903.


\*) Wellauerus quidem Butlerum secutus εὐρυχωρείαις Mediceo tribuit; sed id errore factum esse ex eo intelligitur, quod Faehsius εὐρυχωρείαις in P. inesse testatur, et quod novissimus Mediceus collator nihil de hoc loco monuit. Is enim, qui in hac carminis parte satis diligens fuisse videtur, tam memorabilem lectionem non neglexisset. Quod autem ab illis εὐρυχωρείαις scribitur, is merus error videtur.

916. εἶσθι (ἴσθι) — ἴσως γ' (οὐ). 962. φίλου — φίλους. *ibid.* αὐτανειψίους — ἄτα νεψίους. 963. ἐμοῦς — ἐμοῦ. *ibid.* τοὺςδε — τοῦδε. 976. ὀπώρα δ' — δ' ὀπώρα δ'. 978. — στιβῆ — — τριβῆ. 987. πράξωμεν — — πράξομεν. 1002. αἶνος — ἐνός. 1003. σέβωμεν ἕμους — σέβομεν ἕμους. 1014. κυθερείας — κυθέρειος. 1038. ἀπαλέξαι — ἀταλέξαι.

Videmus igitur nostram sententiam magna exemplorum copia confirmatam, ut illud minime dubitari queat, quin A. et G. ex alio fonte manaverint, atque M. et R. Ac multo maiorem versuum multitudinem afferre potuissemus, si ubique de G. scriptura nobis constaret; quae quum plerisque locis ad A. accedere dicatur, A. autem paene singulis versibus ab M. et R. discrepet, quanta sit duarum familiarum diversitas facile perspicitur. A reliquis autem libris A. his fere locis differt. v. 47. 53. 61. 62. 89. 104. 116. 130. 136. 138. 166. 174. 178. 182. 190. 191. 194. 207. 212. 238. 249. 253. 261. 266. 269. 272. 280. 285. 293. 302. 303. 314. 319. 323. 326. 329. 331. 334. 342. 348. 382. 387. 388. 408. 410. 426. 428. 429. 450. 453. 459. 460. 465. 474. 482. 483. 496. 500. 506. 508. 510. 521. 533. 534. 538. 574. 582. 603. 614. 618. 622. 626. 632. 635. 653. 654. 659. 663. 675. 679. 694. 706. 723. 724. 725. 727. 728. 734. 735. 737. 742. 750. 755. 756. 758. 759. 788. 789. 793. 799. 800. 801. 807. 816. 822. 823. 825. 832. 839. 848. 856. 893. 903. 907. 911. 912. 918. 925. 934. 944. 956. 960. 962. 979. 981. 984. 998. 999. 1000. 1002. 1008. 1028. 1031. 1041. 1051. 1053. 1058. His exemplis plerumque ea non addimus, ubi in A. litterae male in singulas voces distributae aut accentus aliter notati sunt.

Hoc igitur quum certum sit, A. et G. diversam efficere familiam ab ea, qua M. et R. comprehendimus, hoc ipsum aliquis mirari possit propter insignem discrepantiam, quae est inter M. et R. Quae res ne nostro iudicio obstare videatur, de varietate, qua M. et R. disiunguntur, paullo explicatius dicam. Ac primum quidem hoc tenendum est, non loqui nos de ipsa Rob. editione, sed de codice eo, ex quo editor Supplices expressit. Iam vero, quum nesciamus, qua fide Robortellus codicis sui vestigiis institerit, aliquot locis, ubi eius editio a M. discedit, editorem aliorum librorum auctoritatem secutum esse non est incredibile. Suspiciamus hoc est Wel-lauerus de codice Parisiensi (Tom. II. p. VII.), cuius sententiam non recte intellexisse Ahrensius videtur p. 4. Sed in Supplicibus quidem admodum pauca vel potius nulla exempla inveniuntur, quibus eiusmodi suspicio confirmari queat. Equidem duas scripturas inveni, quas quis Robortellum ex P.

hausisse credat; quarum altera est ἀφθόνη \*) v. 317. pro ἀφώνη, quod M. et A. habent. Sed vereor ne codicis Robortelliani librarius veram scripturam, quam P. servavit, coniectura invenerit; quam suspicionem infra nullis exemplis confirmabo. Altera lectio est v. 569. χαίρων, quod in utrumque librum e scholiis irrepsisse puto. Multo probabilius est, Robortellum nonnulla, quae a M. adhorrent, ex Aldo recepisse, quamvis eius editionem acerbissime vituperet. Quamquam ne eius quidem rei certa argumenta exstant, quoniam in eiusmodi exempla verendum est ne idem cadat, quod de ἀφθόνη diximus. Accedit quod de M. scriptura saepe parum constat. Nam ego quidem minime dubito, quin plena huius libri cognitio magnam discrepantiae partem, qua nunc R. et M. seiungi videntur, sit sublatura. Sed longe plurima exempla, quibus horum librorum dissensio continetur, apertis coniecturis eius, qui Robortelli codicem scripsit, debentur. Hanc sententiam quum suo loco ita sim comprobaturus, ut omnis dubitatio tollatur, hoc iam pro certo ponere licet, codicem Medicum et eum, quo Robortellus usus est, ex uno eodemque libro transscriptos esse. Quae quum ita sint, hoc fere schemate librorum, de quibus disputavimus, cognationem illustrare licet:



Hinc facile perspicies, non verum esse id, quod Ahrensius p. 5. dicit, ubi Rob. cum M. conspiret, lectionem ubique fere antiquiorem ceteris putandam esse. Ubi enim hi libri consentiunt, habemus eam scripturam, quae fuit in β. Longe gravior est iis lectionibus auctoritas, quae in M. et A. exstant. Ex his enim, quum non verisimile sit, a diversis hominibus variis temporibus eodem modo erratum esse, de β et γ con-

\*) Butlerus quidem utrique libro ἀφθώνη tribuit; sed quum in R. ἀφθόνη exstet, idem etiam ad P. pertinere plus quam verisimile est. Quare ne quis Wellaueri adnotatione ad h. l. decipi se patiatur.

sensu coniectura fieri potest; in qua convenientia multo plus ponderis inest, quam in unius  $\gamma$  auctoritate. Maior igitur fides iis scripturis habenda est, quae ad diversarum familiarum libros pertinent, quam iis, in quibus una familia alii repugnat. Quoniam autem harum numerus longe est maior, ut de quoque loco recte iudicetur, iam hoc maxime agendum est, ut cuiusque familiae dignitas atque fides exploretur. Hinc enim nostrum iudicium pendebit in talibus locis, ubi familiae inter se discrepant, variae autem lectiones per se pariter bonae vel certe tolerabiles videntur.

### Caput III.

#### De codicis Parisini indole.

Postquam igitur iam eo adducta est disputatio, ut de cuiusque tum generis tum libri indole atque auctoritate quaeratur, initium faciamus ab eo libro, quem cum nullo alio familiae societate coniunctum esse diximus, codice Parisino; de quo diversa sunt virorum doctorum iudicia. Quum enim Hauptius p. 118. eum nulli libro cedere iudicasset, virosque doctos quod eius fidei non plus tribuissent miratus esset, Ahrensius p. 5. vix ullo loco, ubi ceteri corrupti, hunc codicem bonam lectionem praebere, saepe insulsi grammatici vestigia habere pronuntiavit. Ultraque sententia veri aliquid continet et quo defendatur habet. Sunt enim sane quaedam exempla, quae importunam correctoris sedulitatem arguant, nec tamen deficient eiusmodi lectiones, quae reliquorum librorum scripturis longe praeferendae videantur. Emendatricem autem manum facile in his locis agnoscas: v. 8. — *ἀνορος* pro accusativo, quod qui scripsit, hoc epitheton videtur cum *Αἰγύπτου* coniungendum putavisse. v. 90. *δὲ ἐπιδῶν*. 388. *ὑπαντρον*, etenim spelunca quaedam tutius perflugium praebere videbatur, quam astra. 423. *μήτι τ' αἰσταν ἰκέτιν κατιδεῖν*. 500. *τί θράσος*, in quo antequam mihi de P. correctionibus constaret, *πῆ θράσος* latere suspicabar, cuius glossema esset *ποῦ θράσος*. 713. *σύν*. 763. *ἀμπετάσος* δὲ, hoc scilicet graecum saltem vocabulum est. 779. *ἀοράναις* pro *σαογάναις*, quanquam utrumque bonum est. Cf. Etym. M. 150. l. 2. et 708. l. 23. Sed *ἀοράναις* est usitatius vocabulum, quo Aeschylus etiam aliis locis usus est: v. 151. Ag. 849. 1062. v. 884. *ἐπεὶ οὐ κακοῦ ἔξω*, sunt nempe Graeca vocabula. 1027. *θαλερόν*, quod explicationis causa ab eo scriptum videtur, qui *θελεμόν* a *θάλλειν* derivaret. Ad idem genus non dubito referre v. 245. *ἐρομῶ* quod vereor ne Hauptius iusto cupidius arripuerit.

Hactenus Ahrensi assentimur; sed tamen is in univ-  
sum de hoc libro iniquius iudicasse videtur Hauptique sen-  
tentiam verioremi puto, qui quidem bonis illius libri lectionibus  
uti nescivit. Nam hunc ex meliore fonte quam reliquos deri-  
vatum esse primum ex eo intelligitur, quod solus v. 740.  
habet. Deinde autem aliquot scripturas continet, quae aut  
ipsae reliquis libris corruptis veram Aeschyli manum referunt,  
aut certe ad id quod poeta scripserit inveniendum viam ape-  
riunt. Huius generis scripturam ad v. 850. pertinentem Faehsius  
ex hoc libro enotavit; quo loco quum in reliquis libris *εὐ-  
ρείαις εἰν αὐραῖς* legatur, quod et metro adversatur et pro-  
pter *εἰν* formam Aeschylo non usitatam suspectum est, P.  
*εὐρουχωρείαις* praebet, monstrum quidem vocabuli, sed egre-  
giam scripturam et ad verum eruendum utilissimam. Scripse-  
rat enim poeta *εὐρουχόροις ἐν αὐραῖς*, cuius explicatio est  
illud, quod nunc ex ceteris libris vulgatur. Iam vero aliquis,  
cui duorum codicum copia facta erat, in quorum altero *εὐ-  
ρουχόροις* exstabat, in altero *εὐρείαις*, haec scribendi genera  
ita in suo quem scribebat libro videtur significavisse, ut

*είαις*  
*εὐρουχόροις* daret. Quae scribendi forma postea sic immu-  
tata est, ut, quae supra lineam scripta erant, *οῖς* litteras suo  
loco moverent et illud fere evaderet, quod est in P. Hanc  
suspicionem ne quis propterea reiiciat, quod ibi *εὐρουχωρείαις*,  
non *εὐρουχωρείαις* legitur, illud breviter moneo, veterum  
grammaticorum plerosque *εὐρύχωρος* a *χώρα* derivasse ideo-  
que etiam *εὐρύχωρος* scripsisse, quam ipsam formam olim in  
Aeschyleo aliquo codice exstitisse consentaneum est. Haec  
si vere a nobis disputata sunt, intelligitur sine illo libro nun-  
quam futurum fuisse, ut huius versus integritas restitueretur;  
id quod iam contigisse nobis speramus. Nam non solum lo-  
quendi genus Aeschylia grandiloquentia dignissimum habemus,  
sed etiam metricis rationibus prospectum erit, si antistrophi-  
cos versus paullo aliter atque fieri solet distribueris. Versi-  
bus enim

*Χῶμα πολυψάμαθον ἀλαθεῖς*  
*εὐρουχόροις ἐν αὐραῖς,*

respondent hi 857. 8.

*Νεῖλος ὑβρίζοντά σ' ἀποτρέ-  
ψειεν αἴστον ὑβριν.*

Quid alii in huius versus emendatione infeliciter tentaverint  
quum longum sit referre, illud tantum commemorabo, quod  
Fixius in nova Thesauri Stephaniani editione s. v. *αἴστος*  
(Tom. I. p. 1070.) de h. l. scripsit. „Aesch. Suppl. 850. ita  
fort. leg. numeris Ionicis: *Ὁ μέγας Νεῖλος ὑβρίζοντά σ'*

ἀποστρέψειεν αἴστον (sic!) ἴβρον, Te Nilus avertat saevientem inaudita iniuria: et catalectico versu in antistr.: *Εὐρύαις ἐν αὐραῖς* (ab *Εὐρύος*).“ Ex his nihil probo nisi ἀποστρέψειεν, quod mihi quoque fere necessarium videtur. Reliqua cur admitti nequeant, haud difficile est ad intelligendum. Ceterum numerorum naturam recte videtur vir doctus perspexisse. Si cui v. 849. soluta altera Ionici arsis offensionem sit, poterit is facile *πολύψαμμον* reponere.

Praeterea aliquot locis haec fabula ex illo libro solo emendata est, alijs emendanda. Sic v. 1021. δὲ praebet, quum reliqui δ' αἰ habeant, v. 1023. *πειθοῖ* pro *πιθοῖ* vel *πυθοῖ*. Etiam v. 317. *ἀφθόνη* ex hoc libro in Rob. venisse videri potest, unde recte Wellauerus recepit. Exempla autem, quae nondum emendata habemus et quae ex P. corrigenda dixi, haec sunt.

V. 363. 4. vulgo sic leguntur:

Ἐγὼ δ' ἂν οὐ κραίνοιμ' ὑπόσχεσιν πάρος,  
Ἄστον δὲ πᾶσι τοῖςδε κοινῶσας πέρι.

In quo loco Wellauerus hoc quidem recte sensit, vocabulorum *ἀστον* et *τοῖςδε* terminationes ita inter se esse confusas, ut legendum sit *ἀστοῖς* et *τωνδε*. Sed ea emendatione non omnis horum versuum difficultas tollitur; relinquitur enim incultum impeditumque loquendi genus, si δὲ pro *ἀλλὰ* accipere et ad *κοινῶσας* participium *κραίνοιμ' ἂν* cogitatione repere cogimur. Quod quam durum sit Aeschylou indignum, nemo non perspiciet. Quare commodissime fit, ut codex P. *κοινῶσαι* (M. *κοινῶσα*) praebet; quo in verborum contextum recepto aliaque leni admissa mutatione haec scriptura admodum probabilis existit:

Ἐγὼ δ' ἂν οὐ κραίνοιμ' ὑπόσχεσιν, πάρος  
ἀστοῖσι πᾶσι τῶνδε κοινῶσαι πέρι.

Minore etiam mutatione scripseris *ἀστοῖς ἅπασι*, ita ut δὲ ex littera initiali *ἅπασι* vocabuli natum esse videatur. Similiter supra v. 439. *ἐμπλήσας* in *ἐμπλήσαι* emendavimus; idemque vitium contraxisse videtur v. 318:

εἰδῶς δ' ἄμὸν ἀρχαῖον γένος  
πράσσοις ἂν, ὡς Ἀργεῖον ἀνστήσας στόλον,

ubi non intelligo participium aoristi, neque eius explicationem a Wellauero propositam. Quare nescio an *ἀνστήσαι* reponendum sit. Ferri non posse *ἀνστήσας* sensit etiam is, qui codicem Robertellianum scripsit, qui quidem minus probabiliter *ἀνστήσης* emendavit.

Redeo ad cod. P.; ex quo quod v. 771. Faehsius affert *τῶδε χριμφθῆναι*, eo minus dubito quin verum sit, quum etiam M. et R. non *τῶδ' ἐγχιμφθ.*, sed *τῶδ' ἐγχιμφθ.* ha-

beant, in quo nihil vitiosum est praeter perversam litterarum in vocabula distributionem. Ex qua scribendi ratione apparet origo vulgatae scripturae τῷδ' ἐγγρ., quae in G. et A. reperitur, unde a Turnebo recepta in posteriores editiones transit. Ceterum probabile est ex hoc versu petatum esse, quod Hesychius habet χρομφθῆναι, ἐμπελασθῆναι. Praeterea alio vitio hic locus laborat foediore etiam; nam quid tandem sibi vult τῷδε, quid χροῶν? Hoc vocabulum P. omittit teste Fachsio, quum in Med. χροῶν inveniat, in quo χροῶ latet. Hac lenissima mutatione omnis difficultas removetur, ut iure mireris neminem hoc invenisse, quamquam multis τῷδε — χροῶν offensionis fuit. Alii enim ὄδε, alii τᾶδε, alii τοῖνδε coniecerunt, alii χροῶν omiserunt. Vide Ahrensium p. 31. Iam hoc versum cum antecedente in unum trimetrum iambicum coniuncto sic scribe: πρὶν ἄνδρ' ἀπενκτὸν τῷδε χρομφθῆναι χροῶ. „Moriar, antequam vir abominandus huic (id est meo) corpori appropinquet, meum corpus contrectet.“ Quod ad strophae versum attinet, is foedissime depravatus est Turnebi temeritate. Qui quod edidit ἀμπῦσα δ' ὄσει, in omnes editiones propagatum, ab antiquiorum librorum auctoritate vehementissime abhorret. Ad horum scripturas paullulum inter se discrepantes nihil propius accedit, quam

τὸ πᾶν δ' ἀφαντος, ἀμπετής, ἄιστος ὄς,  
quam emendationem ab Ahrensi p. 31. praecoccupatam video.

V. 316. πεντηκοτόπαις, quod nunc vulgatur, rationi et analogiae repugnat nec quo se tuatur exemplum habet, quum πεντηκοτόπαις, quod P. praebet, et Prom. 885. legatur et multorum exemplorum similitudine defendatur. Accedit, quod M. πεντηκοτοστόπαις habet, ita ut vulgata scriptura librorum auctoritate non satis munita videatur. Quare ego veram lectionem eam puto, quam codex P. servavit.

De aliis huius libri scripturis difficillimum est iudicium. Huc pertinet v. 679. ἀσφαλίας pro ἀτιμίας, in quo genuinae lectionis vestigium superesse admodum est verisimile; neque ut Wellauerus dicit, scholiastae explicatio docet illud ex glossate natum esse; potius varietas scripturae scholiastae notatione contineri videtur, ita ut fortasse γρ. (γράφεται) exciderit. Idem suspicor de v. 569, ubi pro κρέων cod. Parisinus et R. κραίνων exhibent, quod est etiam in scholiis. Nam v. 613. quoque eam lectionem, quam scholiasta in aliis libris inveniri testatur, (ταχῦναι] γρ. πλατῦναι) hic liber in verborum contextu habet. Unde idem quod supra dixi patet, eum ex diverso fonte derivatum esse. Ἀτιμίας autem illud v. 679. aperte ex proximo vocabulo, ad quod scribentis oculi aberrabant, natum est veramque vocem expulsi; id quod etiam

v. 489. factum est, ubi *πολισσοῦχων* repetitum adeo ineptum est, ut Aeschylō tribui nequeat. Videtur poeta vocabulum ab iisdem litteris incipiens posuisse, quae initii similitudo erroris caussa fuit.

Quum vero plerisque locis codex Regius cum ea familia, qua Med. et Rob. continentur, contra reliquos duos libros consentiat, eius existimationem simul ex illorum iudicatione pendere apparet. Quare iam ea instat quaestio, ut utri harum familiarum maior sit fides atque praestantia exploremus et ostendamus.

#### Caput IV.

##### De editionis Aldinae et codicis Guelferbytani indole.

Quod Wellauerus praef. p. X. libros A. et G. ex archetypo admodum quidem corrupto, sed manus emendatricis vestigiis immuni derivatos esse affirmat, id non satis verum mihi videtur. Hoc ne quis iniuria a nobis dictum existimet, iam eorum locorum naturam considerabimus, in quibus illi libri a codicis Medicei et Robertellianae editionis auctoritate seiuncti sunt. Ac primum quidem plurimorum exemplorum, quibus supra cap. II. ad duas familias distinguendas usi sumus, ea est ratio, ut A. et G. lectiones plerumque multo deteriores alterius familiae scripturis esse facillime appareat. Sunt quidem pauculi quidam loci, ubi A. et G. melius quid praebent, quam M. et R.; sed ea praestantiae exempla nec multa sunt numero, neque dignitate gravia; quae ne iniurius de horum indole iudicare videar, afferam omnia. V. 180. et 341. *λεύσσω* et *λεύσσω* A. G. *λεύσω* et *λεύσω* M. R. v. 624. *ἀμέμπτως* A. G. *ἀμέμπτων* M. R. v. 675. *εὐφρημον* (av) A. G. — *οις* M. R. 782. *δειπνον* A. G. *δειπναν* M. *δειπνα* R. v. 710. *τρέσητε*, in quo fere A. et G. consentiunt, praefendum videtur reliquorum librorum scripturae *τρέσαιτε*, quanquam ea quoque ferri possit. Hi sunt fere omnes versus, ubi quin A. et G. consensui cuniuncta M. et R. auctoritas posthabenda sit non posse dubitari videtur. Nec tamen cadit in hos cor-

reclionis suspicio; uno tantum loco credibile est, manum emendatricem in M. et R. peiorem scripturam invexisse, A. autem et G. genuinae vestigium servasse. V. 284. enim, ubi hi libri τὰν pro τὰς exhibent, quum articulus admodum displiceat, (sententia enim haec est: „Etiam Amazones vos esse conicerem, si arcus gestaretis“,) τὰν (τοὶ ἄν) scripsisse Aeschylum veri simillimum est.

Sed longe maior est eorum exemplorum copia, quae libros M. et R. ex multo meliore fonte quam A. et G. haustos arguunt. Quos locos quum iam supra enumeraverim, nunc eos tantum tractabo, ubi aut correctiones in A. et G. insunt, aut meliores M. et R. lectiones nondum in verborum contextum receptae sunt deterioresque scripturae etiamnum fabulam deturpant.

V. 241. καὶ τᾶλλα πόλλ' ἐπεικάσαι δίκαιον ἦν. Sic recte M. R. Sed πολὺ pro πόλλ' A. G., quae scriptura quin ex emendatione orta sit, dubium non est. Nam is, qui hoc primus libris Aeschylii intulit, quum τᾶλλα multo rectius quam Wellauerus aliique viri docti pro accusativo qui dicitur Graeco habuisset, πολλὰ ἐπεικάσαι δίκαιον ἦν non satis recte dictum esse putabat; meminerat enim consuetudinis illius Graeci sermonis, qua δίκαιος, δῆλος aliaque id genus adiectiva personaliter, ut ita dicam, construi solent; de qua cf. Matthiae Gramm. § 297. ed. II. p. 593 sqq. Itaque πολὺ dedit, quod esset nominativus cum δίκαιον ἦν coniungendus. Quare quum πολὺ meram coniecturam esse paene certum sit, quid de Hermannii emendatione καὶ τᾶλλα πού μ', quae nihil maxime illius scripturae auctoritate, iudicandum sit, facile perspicitur. Sed quaeritur, num iusta fuerit caussa, ut dubitaretur de loquendi genere, quod verbis δίκαιον ἦν πολλὰ ἐπεικάσαι continetur. Quod equidem nego, quum δίκαιος etiam impersonaliter ponatur, cuius rei exempla habet Matth. p. 594. med. Sed desiderari ἄν particula videtur in tali sententia: „Possem „ego multa coniectare, nisi facilius esset ex vobis ipsum quod „verum est cognoscere.“ Quare videndum est ne poeta

δίκαι' ἄν ἦν scripserit. Quod autem ad priorem versus partem attinet, verba καὶ τᾶλλα neque cum Wellauero in κατ' ἄλλα (καὶ εἶτι ἄλλα) neque cum Reisigio (cf. ed. Well. II. p. 431.) in κατ' ἄλλα i. e. καὶ εἶτα ἄλλα mutanda sunt, quibus coniecturis totius loci nexus tollitur, qui hic est. Rex quaesiverat ex puellis, unde ortae essent, miratusque erat, quod neque praeconibus usae neque hospitii iure tutae νόσφιν ἡγγητῶν in Argivorum terram venire essent ausae. Ex ipsarum enim habitu hoc unum apparere, cum supplicibus sibi rem esse (μόνον τόδ' Ἑλλάς χθῶν συνοίσεται στόχῳ.) Deinde sic pergit: „Etiam quod ad reliqua attinet (καὶ τᾶλλα) multa „liceret suspicari, nisi facilius cognoscendi via data esset“. τᾶλλα vocabulum ad priores de patria et consilio chori interrogationes spectat oppositumque est verbis μόνον τόδε; quae oppositio tollitur, si κατ' ἄλλα scripseris coniunxerisque ἄλλα πολλά. —

V. 298. ὄχρῳά, quod est in A. et G., ex correctione natum esse patet, ut aliquod certe vocabulum restitueretur. Corruptius quidem videtur χρῳά, quod in M. R. legitur, quippe non emendatum.

V. 341. M. et R. fere in τᾶοδ', A. et G. in τοῦσδ' consentiunt, quod aliquis videtur reposuisse propter κατασπίους vocis terminationem, quum ἔδρας esset obscuratum.

V. 410. θήσομεν A. G. ex correctione, ut videtur.

V. 548. ἀεννάους, quod A. G. praebent, est forma vulgarior.

V. 551. εἰσικνουμένην aperte correctori debetur, qui quod meliores libri tenent, εἰσικνουμένου, non intelligebat.

V. 598. ἔνεπε A. G., quae emendatio sententiam quidem adiuvat, sed metrum perdit. Melius R. ἔμισπε, quod etiam propius ad antiquam scripturam, quam M. et P. servaverunt, accedit.

V. 675. de quo loco supra disputavimus, diversarum familiarum ea est ratio, ut M. et R. scribendi errore (εὐφῆμοις pro εὐφημον) corrupti sint, quum A. et G. temera-

riam correctioem (ἐπὶ βωμῶν pro ἐπὶ βωμοῖς) habere videantur.

V. 771. τῶδ' ἐχρημφθ., quod est in M. et R., in A. et G. male in τῶδ' ἐγχεμφθ. emendatum est.

V. 793. βίαια M. R., cuius explicatio est βίαν G., corrupta in βία in A. Ceterum hic versus sic videtur emendandus esse: βίαια μὴ φίλωσ ὄρῶν. Libri φιλεῖς. Nam εἰ et ω saepius in libris inter se confunduntur. Sic v. 58 pro Δοξάσει τις ἀκούων sine dubio legendum est: Δοξάσει τιν' ἀκούειν quod etiam aliis placuit. ἀκούων non minus ineptum est, quam Wellaueri defensio, qui hoc verbum ex antecedentibus repetitum esse dicit. Sed ea ipsa repetitio adeo est intolerabilis, ut Aeschylō tribui nequeat.

Praeterea manus emendatricis vestigia, quanquam minus manifesto, his locis agnoscuntur: V. 43., ubi quum in antiquo aliquo libro ἀνθομονούσας in ἀνθομόμους τᾶς corruptum esset, ἐπιπνοίας autem in ἐπιπνοίαις transisset, scriba eius libri, qui fons A. et G. factus est, τᾶς in ταῖς mutasse videtur. V. 77. κακοπτολέμον. V. 355. ἰλαρίον pro κλαρίον, quod qui non intellexit, dedit illud, quippe ab ἰλάομαι derivandum. V. 809. ἐμφαίνω pro ἀμφαίνω. V. 978. παιδοτριβῆ. Antiqua lectio erat παιδοστιβῆ, quam M. habet non emendatam. Recte emendavit codicis Rob. scriptor παιδοστιβῆ.

Praeter haec exempla, ex quibus colligi potest A. et G. fontem correctoris manum expertum fuisse, multa alia dixi exstare, unde libros hos ex multo vitiosiore archetypo quam M. et R. derivatos esse intelligeretur. Quae quidem numeris tantum indicabo: v. 15. 66. 115. 129. 175. 245 (ἄγων). 384. 433. 606. 622. 670. 695. 696. 700. 725. 730. 738. 784. 793. 863. 872. 987. 1005. 1031.

Ubi igitur M. et R. contra A. et G. consentiunt, paucis illis exemplis, quae supra attuli, exceptis semper prioris familiae lectiones praestant. Cuius praestantia quum perspecta non esset, Wellauerus priores editores seculus versus non

nullos, qui alterius familiae (A. G.) scripturis depravati habentur, emendandos reliquit, aliis autem quid de scripturae varietate iudicaret, sine caussa dubitavit. Nituntur autem A. et G. auctoritate haec vulgata scribendi genera, quae ad meliorum librorum fidem corrigenda sunt:

V. 47. Ἐπαφόν τ' ἐγένεασε, ubi δ' ex M. R. restituendum est.

V. 256. τῶν δ' ἔτ' ἐπὶ τὰδε κρατῶ, de quo loco supra diximus.

V. 466. Ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος οὐ μάλ' εὐπορον  
 Τόδ' ἐσβέβηκε, κοῦδαμοῦ λιμὴν κακῶν. M. (secundum colf. Weig.) R. P. primam verbi ἐσβεβηκέναι personam praebent (ἐσβέβηκα), quae totius loci sententiae multo est convenientior atque accommodatior, quum tertia vix ferri posse videatur. Quam si Wellauerus ait retinendam esse, ut πέλαγος dicatur ἐσβεβηκέναι, quemadmodum paullo ante κακῶν πληθους dictum sit ὡς ποταμὸς ἐπέργεσθαι, vir doctissimus Aeschylus tautologiam quandam obtrudit, cuius vitii suspicionem tantum abest ut poetae verba moveant et confirment, ut singulorum verborum rationem perpendenti dubium esse nequeat, quin altera enuntiati pars diversam a priore sententiam contineat. Tautologia autem, quam in vulgata scriptura inesse dixi, in eo posita est, quod rex conditionem suam bis cum fluctibus irruentibus comparat. Hoc autem noluisse Aeschylum et in altero enuntiato rei statum alia imagine expressisse, ex eo apparet, quod epitheta voci πέλαγος addita ἄβυσσον οὐ μάλ' εὐπορον cum irruendi notione non congruunt. Ea longe sunt aptiora, si rex tale mare ingressum se esse dicit. Idem cadit in verba κοῦδαμοῦ λιμὴν κακῶν. Etenim ii portus desiderio tenentur, qui in mari profundo et periculorum pleno iactantur neque quo se recipiant habent. Accedit, quod ipsum ἐισβεβηκέναι verbum multo melius de homine mare ingresso, quam de undis invadentibus dici videtur, praesertim quum Aeschylus perfectum tempus posuerit. Nam si poeta eam rei imaginem animo informatam habuisset,

ut regem pericula sua cum fluctibus irrupentibus comparantem faceret, potius praesenti tempore videtur usus fuisse ut antea *ἐπέρχεται* scripserat. Denique illa imago, quam Wellauerus statuit, cum ipso rerum statu, in quo rex versatur, minime congruit. Huius enim conditio talis est, ut quicquid facit in magnam calamitatem incidere possit, quum is, qui undis iam oppressus est (in quem *πέλαγος εἰσβέβηκε*), in ipso discrimine versetur et maximum infortunium patiatur. Quoniam igitur regi futura pericula, quae instare sibi videt, significanda sunt, neque de praesente quadam miseria sermo esse potest, illum eiusmodi hominis imagine uti consentaneum est, qui, quamvis in praesentia calamitate liber sit, tamen sive tempestate oborta sive alio malo accedente in summum vitae discrimen adduci possit. Tali autem conditione is utitur qui in vasto profundoque mari fragili navigio vehitur neque portum paratum habet. His de caussis nemo dubitabit reiecta A. et G. scriptura id amplecti, quod M. R. P. auctoritate confirmatur.

Accedo ad aliud exemplum, ex quo quanta sit M. et R. praestantia, quamque exigua A. et G. fides, maxime cognosci potest, et quod simul documento est, quantum damni Aeschylō ii intulerint, qui melioris familiae auctoritate neglecta peiorum librorum A. et G. vestigia premenda esse existimaverunt. V. 916. enim Wellauerus sic edidit:

*Τί σοι λέγειν χρὴ τοῦνομ' ; ἐν χρόνῳ μαθῶν*

*Ἰώσων αὐτὸς χοῖ ξυνέμποροι σέθεν.*

In his, quamvis diu cogitanti et quaerenti, ut aptum sensum invenirem, mihi non contigit. Neque erat omnino laborandum, quum illa scriptura iusta fide destituta sit. Ante Porsonem, qui *Ἰώσων* illud inuexit et priore versu *τοῦνομον* dedit, vulgo sic scribebatur: *τοῦνομ' ἐν χρόνῳ μαθῶν ἴσθι γ' αὐτὸς*, quod ex ed. Rob. ductum est. In M. haec est scriptura: *εἴσθι γ' αὐτός*. Iam videat mihi aliquis crisin Wellauerianam: „Omnino lectio admodum dubia est; *τοῦνομ'* quidem procul „dubio verum est; refertur enim ad v. 910.; quid autem

„*ἴσθι γ', ἴσθι γ'* sibi velint, incertum est. Id quod recepi, „Aldinae lectionis singulas fere litteras reddit, et sensum aptum praebet.“ In his quae de *τοῦνομι'* vocabulo dicuntur, vera sunt; reliqua falsissima et a ratione aversa et seiuncta. Etenim Wellauerus nimio ut solet Aldinae amore ac studio ductus, in qua alterius versiculi initium sic legitur: *ἴσως οὐ ἀντὸς* (*ἴσως γ' ἀντὸς* G.), non quaesivit, unde *ἴσως* illud, quo emendationis fundamento usus est, originem duxisset. Atque prorsus nihili id esse vocabulum, facile cuique apparebit, qui ea accurate pensitaverit, quae in M. margine leguntur: *ἴσως γ' ἀντὸς χρῶσιξυνεμπ. κτλ.* His verbis adnotatione quaedam librarii continentur, qui in altera vocabuli monstrifici *εἰσθιγαντός* parte „fortasse (*ἴσως*)“ *γ' ἀντὸς* latere suspicabatur. Nam de priore non videtur habuisse quid statueret. Hac adnotatione in verborum contextum illata depravatus erat is liber, qui fons fuit A. et G. Is autem, ex quo M. et cod. Rob. ducti sunt, antiquae scripturae vestigia (*ἴσθι*) servaverat. *ἴσθι* autem nihil esse videtur nisi correctio eius, qui codicem Robortelli scripsit. Quodsi recte illius lectionis originem aperuimus, dubium esse nequit, quin emendatio a M. auctoritate proficisci debeat; ad cuius libri vestigia nihil propius accedit, quam quod Burgessius invenit. *ἐν χρόνω μαθῶν εἴσει σὺ τ' ἀντὸς κτλ.* Nam *ΕΙΣΘΙ* ortum esse ex *ΘΙΣΘΙ* facile intelligitur; in *οὐ* autem, quod A. habet, *σὸ* latet. Quoties enim litterae *ΘΙΣΘΙ* in Aeschyli libris inter se confusae sint, dici non potest. *Γ'* autem, quod est in M. R. G. depravatum est ex *T'*.

Quod autem *ἴσως* librario cuidam deberi diximus, qui coniecturam aliquam suam significare vellet, id ne quis dubitet, duo alia eiusdem generis exempla afferam, in quibus *οἶμαι* pro *ἴσως* positum est. Choeph. 309. vulgo legitur *μέγ' ἀυτεῖ*, pro quo M. *μέγοντι* sive *μέγάντι* habet; quod quum nihil esset, librarius coniectura id quod verum est invenit et in margine sic indicavit: *οἶμαι μέγ' ἀυτεῖ*. Ibid. 403. pro *πᾶ τις τράποιτ' ἄν* in M. *πετιστράποιταν* exstat, ad quod

vocabulum in margine haec nota spectat: οἶμαι πᾶ τις τραποιτ' ἄν.

V. 903. sat gravis est librorum discrepantia, quae hoc modo orta videtur. In eo libro, unde omnes nostri derivati sunt, pro οὐ μάλ' ἐς scriptum erat οὐδὲ μάλ' ἐς, quod ipsum M. servavit, is vero, qui R. codicem scripsit, δὲ abiecto genuinam lectionem rursus restituit. In eo autem codice, qui communis G. et A. fons fuit, μάλ' depravatum erat in μάν, quod ipsum in G. comparet: οὐδὲ μάν ἐς. Ad hanc corruptionem nova accessit, quae est in A.: οὐδὲ μ' ἀνησ. Hinc Turn. οὐδ' ἄν εἰς correxit, quod Wellauerus minime probare debebat.

V. 601. ὧς A. G. ὧστ' M. R., quod Well. non adnotavit. Meliorum librorum scriptura, quam unus Burgessius recte recepit, confirmatur Tyrwhitti emendatio ἀνηβῆσαι με pro ἄν ἡβῆσαιμι, quam non placuisse Wellauero magnopere miror. Ut enim facillima est, ita optimam sententiam praebet, quam Schuetzius recte exposuit.

V. 611. Διὸς A. G. Ζηρός M. R., quod propter v. 342 et 380., ubi tamen Ζηρός ἰκαίου, non ἰκαίου legitur, Wellauerus transpositis vocabulis recipiendum esse recte monet. Cogitare aliquis possit de tuendo verborum ordine, qui est in M. et R. Sed huic rei obstat, quod Aeschylus, quum metrum utrumque (Ζηρός et Διὸς) admitteret, semper Διὸς scripsit. Sic Διὸς efficit primum trimetri pedem Sept. 514. 596. Ag. 512. Eum. 19. (Suppl. 583. in trim. lyrico.); quintum Prom. 304. τὸν Διὸς φίλον. 670. ἐκ Διὸς μολεῖν. 943. τὸν Διὸς τροχίον. 1023. Διὸς δέ τοι. Ag. 1364. ἢ Διὸς νότῳ. Eum. 393. Διὸς κόρη. Suppl. 440. Διὸς χάριν. Ζηρός genitivo poeta nunquam ita usus est, ut priorem syllabam in thesi, alteram in arsi poneret. Nam quod unum ob stare videtur exemplum, Prom. 932. δεσπόσειν Ζηρός τινα, id minime certum est, quum multi libri Διὸς exhibeant, quod praefendum fuisse reliquorum consensus exemplorum docet.

V. 962. *φίλους* A. G. vulg. *φίλου* R. *φίλου* vel *φιλου*<sup>ων</sup> vel *φιλου*<sup>ως</sup> (coll. Weig.) M. *φίλους* cur ferri nequeat facile intelligitur. Nam quum Aegypti filii *φίλοι* nominantur, ut v. 70., hoc nomen propinquitatis significationem habet. Iam vero hoc loco quum *αὐτανεψίους* additum sit, *φίλους* non nisi de animi voluntate et benevolentia intelligi potest; quam notionem ab huius loci natura alienam esse patet. Quid poeta dederit, quominus pro certo dicamus, magnopere eo impedimur, quod de M. non satis constat. Fortasse *φίλου* teneri potest, illa ut ad *μου* referatur.

V. 963. *έμοῦ δ' έπαδούς τοῦδε* A. G. *έμούς δ' — τούσδε* M. R., quod recipiendum esse quisque videt. *έμούς* per prolepsim dictum est: „dederunt pedissequos, ut essent mei.“

V. 1014. *Κυθέρειος* A. G. vulg. *Κυθερείας* M. R. P, quod longe est praestantius. Nam quid sit *γάμος Κυθέρειος* hoc loco, difficile est dictu; contra ad *ανάγκας* requiritur epitheton rectissimeque dicitur *ανάγκη Κυθερεία*, necessitas a Venere immissa vel imposita.

Postquam inter A. et G. parum honestam similitudinem intercedere ostendimus, sequitur, ut de iis exemplis dicatur, ubi A. et G. et inter se pugnant et a reliquorum librorum scriptura abhorrent. Sed eam rem, quoniam cod. G. non satis cognitum habemus, plene tractare nobis non licet. Itaque de singulis quibusdam locis, de quibus nobis constat, disseremus. De A. indole hoc in universum dicere licet, editorem aut codice vitiosissimo ingentique scribendi errorum multitudine depravato usum esse, aut librum quem adhibebat summa negligentia descripsisse, id quod verum esse intelliges, si exempla, quae supra Cap. II. versuum numeris indicavimus, consideraveris. Quae quum hic repetere nolim, de paucis tantum locis, qui correctoris importunitate depravati videntur, verba faciam. In quorum uno alterove dubitatio est, an eadem scriptura etiam ad G. pertineat.

V. 130. οὐδὲ μέμφομαι. τελευτιᾶς δ' ἐν χρόνῳ libri, quod Wellauerus recte correxit. — οὐδὲ μέμφομαι τελευτιᾶς. ἐν δὲ χρόνῳ A., quod scriptum est, quia τελευτιᾶς ad μέμφομαι pertinere videbatur.

V. 259. ἐκ χάρας Ναυπακτίας A. pro ἐκ πέρας Ναυπακτίας, de quo loco Cap. I. diximus.

V. 767. πατροσκοπαὶ δὲ M. G. πατρὸς κόπη δὲ A., ut certe vocabulorum Graecorum species revocaretur.

V. 156. οὐρανοῦτικον pro οὐρανότικον.

Sunt tamen pauci quidam versus, ubi Aldus solus veram lectionem habere existimatur. Sed ea quoque exempla dubitari potest an item correcta sint. Huc pertinent v. 664. δαιζων pro δαΐζων, v. 656. Ζήνα μέγαν σεβόντων pro Ζήνα μέγα σεβόντων, quod Ahrens p. 28. minus recte in Ζήνα μέγ' ἐν σεβόντων emendari vult.

V. 274. ἄπιστα pro ἄπειστα. De v. 268. infra dicetur.

V. 734. autem, ubi A. καλῶς pro καλῶς habet, huic scripturae minime tantum tribuendum erat, ut a nonnullis καλῶς γ' scriberetur.

Neque v. 626. Ahrensius p. 27. γένη scripturam tanti facere debebat, ut inde ἐνκατ' ἀτενῆ emendaret.

V. 681. προμηθεὺς nunc ex uno A. vulgatur, cui tantum fidei non est, ut in tali re ab omnium librorum scriptura, προμηθεύς, discederetur. Ceterum in hoc versu gravius vitium latere metrum arguit. In versu antistrophico cum librorum scriptura tum numeri convenientia διαρρηγόροις βουθίτοισι τιμαῖς scribendum esse docent, ad cuius metri similitudinem versus strophicus revocandus est, in quo προμηθεὺς ἀρχά vix recte dictum est. Fortasse haec emendatio admitti possit:

Τὸ δῆμιον, τὸ πτόλιν κρατύνει

Προμηθεὺς, ἐνκοινόμητις ἀρχά.

De G. quamvis plerumque parum nobis constet, tamen etiam hic liber, ubi ab A. discrepat, nonnulla correctionis vestigia ostendit, velut v. 162. ἀτιμᾶσθαι pro ἀτιμάσας, v. 304. παῖ-

δεξ. 453. *πέλει*. Bonas lectiones ad solum G. pertinentes non inveni. Mirum est, quod is liber nonnullis locis cum Par. contra reliquos consentit, velut v. 341. *τούσδ' ἔδρακό-  
τας βίους*, quae satis manifesta est correctio; v. 362. *εἰς-  
προεῖν* pro *ἐκπροεῖν*, quod T. in *ἐκπροεῖν* emendavit; v. 726. *μελαγγεῖμψ*.

## Caput V.

### De editionis Robortellianae indole.

Robortellum, ubi cum Mediceo congruit, semper fere bonam exhibere scripturam intelleximus, ita ut hi libri e multo meliore fonte, quam Aldina et Guelferbytanus, derivati esse viderentur. Sed quum editio Rob. permultis locis ab M. discrepet, quid de ea differentia statuendum sit, quaeritur. De qua re ut certum iudicium facere possem, omnia diversitatis exempla in genera quaedam distribui; in quorum unum eas varietates coniciebam, quae minoris momenti esse errorique scribentium facile tribui posse viderentur. Graviore autem discrepantias quum diligentius examinarem, eum qui Robortelli librum scripsit, insignem locorum depravatorum multitudinem ex coniectura emendasse perspexi. Quod emendandi studium illi multis locis satis prospere cessit, ita ut in ea editione multi versus, qui in reliquis libris corrupti sunt, ad pristinam integritatem revocati habeantur. Sed plures etiam loci illius hominis temeritate depravati longius quam in aliis libris a genuina forma absunt. Maximam autem lectionum Robortellianarum partem coniecturae librarii cuiusdam deberi eo efficitur, quod illum, qui codicem a Robortello usurpatum exaravit, nullo alio libro usum esse apparet, quam eum, cuius opera M. scriptus est, et quod plerumque mutandi causa satis manifesta est. De hac re ut omnis dubitatio tollatur, iam eos locos tractabo, in quibus ed. Robortellianam a M. discrepare scimus. In quorum iudicatione hoc tenendum est, emendationes illas non Robortello deberi editori, sed cum illas iam

in codice suo habuisse. Nam quos locos ipse editor correxit aut, cuius opera usus est, Sophianus, eos ipse in praefatione significavit codicisque scripturam adnotavit. De his quamquam non est cur disputemus, de uno tamen exemplo monebo, ubi mala Robortelli coniectura etiamnum fabulae integritas violata est. V. 153. Rob.  $\omega$  Ζεῦ, Ἰοῦς ἰὼ edidit, cum in codice ἀζηνὶ οὐσίῳ invenisset, quod omnes libri habent. Hinc ne una quidem littera mutata  $\alpha$  Ζήν, Ἰοῦς ἰὼ scribendum esse quisque intelliget, perversissimumque esse Hauptii iudicium, qui p. 130: Codicum menda, inquit, veteres editores iam sustulerunt. Sed redeo ad eas correctiones, quae in ipso codice Robortelliano inerant. Primum autem ea exempla afferam, quae librarius ille infeliciter tentavit.

V. 23. pro  $\omega$ ν πόλις,  $\omega$ ν γῆ, quod est in reliquis libris et Robortellus ipse rursus coniectura restituit, codex eius  $\omega$  πόλις,  $\omega$  γῆ habebat. Quod qui scripserat, unde genitivi  $\omega$ ν- $\omega$ ν penderent, non intelligebat ipsamque urbem et terram invocari volebat. In eandem opinionem postea Stanleius et Schuetzius inciderunt.

V. 77. πολέμου pro πτολέμου. v. 82. πάντα pro πάντα. His duobus locis facile quisque correctoris manum agnoscet.

V. 83. μέλαινα ξυντύχα pro μελαίνα ξυντύχα. Desiderabat enim emendator subiectum verbi φλεγέθει, quod ut haberet, intulit barbarismum. Nam ξυντύχα non est vocabulum Graecum.

V. 110. καρβάνα δ' αὐδά, εὐακοεῖς. Idem v. 122. Hanc scripturam Wellauerus minime probare debebat. Nam αὐδά mera est coniectura propter καρβάνα, quod nominativus videbatur, facta. Libri enim καρβάνα δ' αὐδάν habent, quod nulla mutatione eget, nisi accentus in voce καρβάνα, quae καρβᾶνα scribenda est, ut iam alii viderunt. Καρβᾶνες, οἱ βάρβαροι οἱ ἔχοντες καρὸς βοήν. Etym. M. p. 490. l. 47. Cf. Sylburg. ad p. 188. l. 43. καρβάν αὐδά eodem modo dictum est, quo Ag. 1227. καὶ μὴν ἄγαν γ' Ἑλλήν' ἐπίσταμαι φάτιν, ubi cf. Well. Εὐακοεῖς autem, quod non maiorem

fidem habet, (in reliquis enim libris *εὐακωνεῖς* exstat,) quomodo emendandum sit, docet scripturae varietas ad v. 123., ubi G. *ἐνγακόννις*, A. *ἐγγακόννις*, M. et P. *εὐγακόννις*. Ex his scripturis facile intelligitur veram esse Bambergeri emendationem *ἐὺ, Γᾶ, κωνεῖς*.

V. 117. *ἐπιδρομῶσ' ὄθι θάνατος ἀπῆ*. In his ἀπῆ vere ab eo restitutum est, qui R. codicem scripsit. Libri vitiose ὄπη. Sed *ἐπιδρομῶσ' ὄθι* pessime institutum est pro *ἐπιδρομῶ πόθι*, quod habent M. A. Veram scripturam in M. suprascriptam habemus, ubi *ἐπιδρόμω<sup>ο</sup> πόθι* exstat, unde *ἐπίδρομ', ὀπόθι* legendum esse patet. *ἐπίδρομά ἐστιν* i. e. *ἐπιτρέχουσιν*, ut explicat schol. Cf. Enger l. l. p. 72. Mira est Reinhardti, Correctoris Francofortensis, sententia, qui in Jahnni Ann. phil. et paed. Tom. XXXII. fasc. 3. p. 323. *ἐπιδρομῶσ'* doricam formam partic. aor. II. verbi *ἐπιτρέχω* esse dicit (!).

V. 120. *ποῦ τόδε κῆμ' ἀπάξει* libri; quod non intelligens corrector ille *κῆμα πατάξει* scripsit contra metrum.

V. 138. *παντί δὲ στένουσι διωγμοῖσιν ἀσφαλὲς* satis manifesta est correctio corruptae librorum scripturae: *παντί δὲ στένουσι, διωγμοῖσι δ' ἀσφαλῆας*. Illud enim aliquid certe sensum praebere videtur.

V. 191. *τὰ χροῖ'* pro *τὰ χροῖα*, ad hiatum removendum.

V. 195. *ἐκ μειώπων σωφρονῶν* R. ex aperta emendatione. *ἐκ μετώπων σωφρονῶν* A. G. *ἐκ μετωποσωφρονῶν* P. *ἐκ μειώπων* vel *ἐκ μετώπω σωφρονῶν* M.; collationes enim non consentiunt. Unde Porsonem optime *μετωποσωφρονῶν* reposuisse intelligitur ex eo, quod libri omnes versu proximo *προσώπων* habent, pro quo Turnebus primus *πρόσωπον* posuit. Has correctiones Hauptius retinens sprete librorum auctoritate critici munere male functus est. Eiusmodi exempla quam maxime arguant manuum emendatricem.

V. 223. *ἀνανεοί* libri; *ἀνανεός* R., derivatum scilicet a verbo *ἀνανεῖω*.

V. 229. *σκοπεῖσθε* pro *σκοπεῖτε*.

V. 246. *καὶ λέγ' εὐθαρσῶς ἐμοί* pro *καὶ λέγει' εὐθαρσεῖς ἐμοί*, quae emendatio quanquam hodieque omnibus viris doctis probari videtur, tamen minus probabilis est, quam Turnebiana *καὶ λέγ' εὐθαρσῆς ἐμοί*. Nam si hoc scripsisse poetam statuimus, qua ratione orta sit librorum scriptura, facile intelligitur. Sin autem *εὐθαρσῶς* genuina lectio fuisset, is qui *λέγει'* invexit, cur adverbium mutaret, non habuisset.

V. 268. *ἔχεις δ' ἄν* R. Vulgatur nunc *ἔχουσ' ἄν* ex A. auctoritate, ubi *ἔχουσαν* est. M. *ἔχον δ' ἄν*. G. *ἔχον ἄν*. His scripturae generibus inter se comparatis verisimile fit, poetam *ἔχον δ' ἄν* dedisse, quod aliquis qui femininum genus requirebat in *ἔχουσ' ἄν* mutasse videtur, cuius depravatio est Aldina scriptura. Eum autem, qui codicem Robortellianum interpolavit, *ἔχοις δ' ἄν* correxisse puto, quod facile in *ἔχεις δ' ἄν* transire poterat.

V. 273. *προςφῆσω* pro *προςφύσω*, in qua lectione quis non agnoscit emendatoris operam?

V. 285. *εἴκασα* pro *ἦκασα*.

V. 297. *τρέποντα* pro *πρέποντα* vel *πρέποντας* scriptum est ab eo, qui *πρέπειν* similitudinis significationem habere nesciret, et convertendi notionem inferre vellet.

V. 306. *πάνν* pro *πάντα* turpissima est mutatio.

V. 318. *Αἴγυπτον* pro *Αἴγυπιος*, ut oratio ligaretur.

V. 319. *ἀνστήσης* pro *ἀνστήσας*, quod ferri non posse quum ille recte sensisset, improbabilem emendandi rationem iniit. *ἀνστήσαι* scribendum esse supra diximus.

V. 320. *δοκεῖτέ μοι* libri, in quo quum syllabae defectus metrum pessumdaret, corrector ille metri haud bene gnarus *δοκεῖτέ γέ μοι* scripsit, unde nec Burgessius cum Porsono *ἔμοιγε* fingere nec Wellauerus eam emendationem probare debebat. *Δοκεῖτε δὴ μοι*, quod Turnebus restituit, non est improbabile.

V. 324. *δίδοις* et *ποτέ* R. metri caussa pro *δεῖδοις* et

*πότερον*, quae sunt librorum lectiones, recte a T. emendatae in *δ' ἴδοις* — *περὸν*.

V. 327. *ἔχει* libri. *ἐκεῖ* R., quod quis non videt ex correctione natum esse? *ἔχθει* recte Turn.

V. 346. *λευκόστιχτον* pro *λευκόδικτον*, quod est in omnibus libris. Robertellianam scripturam, in omnes libros propagatam, ex coniectura profectam esse facile apparet; quae cur ferri non posset, et quid Aeschylum scripsisse putaremus, supra diximus Cap. I.

V. 380. *μένει* pro *μένει* correctionis speciem habet, quanquam etiam fortuito scribentis errori tribui aut editionis vitium typographicum esse potest.

V. 381. *τοῖς δυσπαρθέλκτοις* pro *ᾧ δυσπαρθέλκτοις*, quod omnes libri habent, (etiam M., si collationi Weigelianae fides,) interpolatori non minus deberi, quam Turnebianam lectionem *ἐν δυσπαρθέλκτοις*, apertum est. Non scripsisse poetam illud, quod est in R., docet metrum. Requiritur enim versus ex antispasto et penthemimeri iambica coniunctus. Quomodo librorum scriptura sit emendanda et unde *ᾧ* venerit, difficile est expeditu. Si versui strophico producenda altera vocis *ἐπιχραίνεις* syllaba hoc metrum  $\acute{\ } \cup \text{ — — } \acute{\ } \cup \text{ — } \cup \text{ — —}$  tribui posset, et si vera esset prioris collationis Medicei notatio: *ᾧδ' ὑπαρθέλκτοις*, (quorum tamen neutrum probabile est), facile esset emendare: *ᾧδ' ἀπαρθέλκτοις*.

V. 390. *φρυγᾶς* scriptum est, quum antiquus liber *φρυγᾶ* haberet, quae est A. M. (G. ?) lectio. Victorii emendatio *φρυγᾶ*, quae in posteriores editiones transit omnes, num iure praelata sit, videtur dubitari posse. Nam *φρυγᾶς* haud male inventum est.

V. 392. *εὔκριτον* male in *ἔκκριτον* mutatum est.

V. 400., quum archetypon *τῶνδέξις οὐ ῥεπομένων* (M. G. A.) haberet, corrector ille *τῶνδε ἐξῆς οὐρ' ἐπομένων* tentavit, ne quid intentatum relinqueret in loco desperato, quem iam Victorii sugacitate emendatum habemus.

V. 443. *νικητήρια* pro *κινητήρια*.

V. 496. *ἀθίκτοις* mala est antiquae scripturae *ἀστίκτους* correctio; quam qui metri neglecta cūra fecit, aras, quas attingi non fas esset, intelligi volebat.

V. 516. *παραιωῶ* pro *παραιωῶ*. Hoc exemplum imprimis idoneum est ad editionis R. indolem monstrandam, quum mutationis caussa sit apertissima. Quum enim in eo libro, unde codex Mediceus et Robortellianus derivati sunt, propter *δμοιοιέλευτον* in *ἐγχορίους* tres versus 513—515. omissi essent, is qui Mediceum scripsit, nihil mutavit, Robortelliani autem libri scriptor, quum quo *ἐγὼ* δὲ v. 512 pertineret non intelligeret, *παραιωῶ* posuit, ut aliqua certe sententia restitueretur.

V. 601. *Ἄλλ' ὡς ἂν ἠβήσαιμι γεραιῶ φρενί*. Haec est vulgata scriptura, pro qua R. *ἀλλ' ὥστ' ἂν ἠυλήσαιμι γ. φ.* Et *ὥστ'* quidem, quod etiam ad M. pertinet, procul dubio verum est; *ἠυλήσαιμι* autem turpissima est correctio; quod non intelligens Wellauerus aliud quid latere suspicatus est. Scilicet homo iste, cui has omnes correctiones debemus, hanc sententiam restituere voluit: „sed ita (uno animo decreverunt „Argiui), ut prae gaudio (paene tibia) canerem, quamvis senex essem.“ Lepidam enim illam formam putabat esse verbi *αυλέω*, turpique soloecismo (*ἂν* c. opt.) addidit foedissimum barbarismum, *ἠυλήσαιμι* pro *αυλήσαιμι* scribens.

V. 605. *καρυσιάστους* libri. *καί ὄυσ*. R.

V. 620. *ἐπ' Ἀργείους* libri. *ἐπ' Ἀργείους* R.

V. 648. *πέδον γᾶς*. — *πέδον τᾶς* vel *τὰς* libri. *πέδον*, omisso *τᾶς*, R.

V. 659. *δ' ἐφόρους γᾶς* vulgo ex Victorii emendatione, quod etiam in M. legi videtur. Ald. *δ' ἐφ' ὄργως*, omissa vocabuli *ἐφόρους* terminatione, *γᾶς* in *γῶς* depravato et vocabulis male dispescitis; unde Turnebus *εὐόργως* finxit, quo significari volebat „bona voluntate, propitio animo“. Rob. *δ' ἐμφόρους γᾶς* (reditus terrae??). Ceterum pro *δ' ἐφόρους*

scribendum esse δὲ φόρους Ahrensius p. 25. docuit eandemque emendationem a se factam dixit Hermannus.

V. 665. Ἄρη libri; Ἄρην R., quod non erat cur a Wellauero aliisque reciperetur. In Aeschyli fabulis utrumque codices praebent, aliis locis in ἄρη, aliis in ἄρην consentientes, quibus obtemperandum esse puto. Atque in eodem carmine, ad quod hoc exemplum pertinet, editores ἄρη bis (v. 628 et 683.) retinuerunt. Cf. Matth. Gramm. I. p. 194.

V. 666. βοάν τε δῆμον libri. βοάντε δῆμων R. — βοάν τ' ἐνδημον em. Pauw.

V. 707. ἀρωγὰς pro ἀρωγούς.

V. 722. ἐξώλεσες τίμαργον libri vocibus male distribulis pro ἐξῶλές ἐστι μάργον. Iam quid ille? Scilicet, ut Graecum verbum restitueretur, ἐξώλεσεν scripsit.

V. 749. ἀλλῶς καὶ pro ἄλλως τε καί.

V. 763. ἀμπετήσασ' ὡς (R.) pro ἀμπετήσας δόσως (M.).

V. 767. πατροσκοπαὶ libri antiqui pro πατρὸς σκοπαί. πατρὸς κόπαι scribere illi placuit. πατρὸς κόπη, quae est Aldina lectio, non minus e correctione originem duxit.

V. 782. δεῖπνον scripserat poeta, quod in illo libro, qui erat communis Medicei et codicis Rob. fons, in δεῖπναν transierat. Atque hoc ipsum M. tenet, quamvis facilis esset emendatio. Ille autem, cuius manu Rob. codex exaratus est, δεῖπνα scribendum putavit.

V. 787. τινὰς ἀμφ' αὐτᾶς M. τιν' ἀφ' αὐτᾶς (voluit αὐτᾶς) R.; in quo corrector hanc sententiam inesse volebat: „quid auxilii ex me petam“.

V. 819. τιλμοὶ semel R.

V. 822. ὀλλύμεναι ἐπ' ἀμίδα R. ὀλύμεναι ὀλόμεν' ἐπ' ἀμίδα M. sec. coll. Weig., ὀλώμεναι ὀλώμεν' ἐπ' ἀμίδα secundum priorem. In R. scriptura quisque agnoscet correctoris studium.

V. 823. εἶτ' ἀνά R., unde nunc εἶτ' ἀνά vulgatur. εἰθ' ἀνά M. ἀθ' ἀνά A. εἰθ' ἀνά scribendum esse infra ostendam.

V. 831.  $\lambda\acute{o}\lambda\acute{o}\nu$  M. A. (G. P.?).  $\lambda\acute{o}\lambda\acute{o}$  R.  $\lambda\acute{o}$ ,  $\lambda\acute{o}\nu$  T. utrumque ex emendatione. Utrum praestabilius sit, difficile est ad diiudicandum.

V. 853. omissa sunt verba  $\alpha\lambda\zeta\acute{\upsilon}\sigma\acute{o}\varsigma$   $\acute{\omicron}\nu\omicron\mu\acute{\iota}$   $\acute{\epsilon}\chi\omega\upsilon$ , quae glossam maxime redolere iudicavit Wellauerus; qui utinam dixisset, quo consilio hoc glossema additum sibi videretur. Ex eo autem, quod in R. desunt, nihil efficitur. Eiecta erant in Rob. codice illa verba, quod nullum sensum habere videbantur. Si revera sunt expellenda neque aliud quid latet, trimeter, cui adnexa sunt, fortasse sic restituendus est:  $\text{Ἰϋξε καὶ β\acute{o}\alpha\ \tau\iota\ \pi\iota\kappa\rho\acute{\upsilon}\tau\epsilon\rho\upsilon\ \acute{\alpha}\chi\acute{\epsilon}\omega\upsilon$ . Ad  $\acute{\alpha}\chi\acute{\epsilon}\omega\upsilon$  forsitan aliquis adscripserat:  $\acute{\alpha}\chi\acute{\epsilon}\omega\upsilon$ ,  $\alpha\lambda\zeta\acute{\upsilon}\sigma\acute{o}\varsigma$   $\acute{\omicron}\nu\omicron\mu\alpha$ , quod in vulgatae scripturae formam depravatum et in ipsa poetae verba illatum esse potest.

V. 863. corrupta antiqui libri scriptura  $\beta\rho\sigma\iota\acute{\omicron}\sigma\sigma\alpha$   $\zeta\omicron\sigma\sigma\alpha\iota$  in  $\beta\rho\acute{\epsilon}\tau\epsilon\iota\omicron\varsigma$   $\pi\rho\acute{\omicron}\varsigma$   $\acute{\alpha}\tau\alpha\varsigma$  mutata est, quibus verbis editor asteriscum apponendum curavit.

V. 867. post  $\beta\omicron\acute{\alpha}\nu$  addita sunt verba  $\omega\acute{\iota}$   $\mu\acute{\alpha}\tau\epsilon\rho$   $\gamma\eta$ , quibus explicatio vocabulorum  $\mu\acute{\alpha}$   $\Gamma\acute{\alpha}$  continetur.

V. 884.  $\acute{\epsilon}\pi\epsilon\iota$   $\sigma\acute{\upsilon}\kappa$   $\acute{\alpha}\kappa\omicron\upsilon\acute{\epsilon}\iota\varsigma$   $\sigma\acute{\upsilon}$   $\tau\acute{\omega}\nu$   $\acute{\epsilon}\mu\acute{\omega}\nu$   $\lambda\acute{o}\gamma\omega\upsilon$  legitur pro variis librorum corruptelis, ita ut sententia quidem restituta, sed metrum neglectum sit.

V. 928.  $\acute{\alpha}\iota\rho\epsilon\iota\acute{\omicron}\theta\alpha\iota$   $\nu\acute{\epsilon}\omicron\upsilon$  pro  $\acute{\epsilon}\rho\epsilon\iota\sigma\theta\epsilon$   $\nu\acute{\epsilon}\omicron\upsilon$ .  $\acute{\alpha}\iota\rho\epsilon\sigma\theta\alpha\iota$  scribendum esse supra monuimus. His duobus locis tam aperte se prodit correctoris opera, ut dubitatio esse nequeat.

V. 933.  $\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\rho\gamma\eta$  pro  $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\rho\kappa\eta$ ; quod si quis consilio novavit, urbem bene exstructam intelligi volebat.

V. 1022.  $\pi\acute{\alpha}\theta\omicron\varsigma$  pessime pro  $\pi\acute{\omicron}\theta\omicron\varsigma$  propter sequens  $\sigma\acute{\upsilon}\delta\acute{\epsilon}\nu$  invec tum est.

V. 1027.  $\varphi\upsilon\gamma\acute{\alpha}\varsigma$   $\delta'$   $\acute{\epsilon}\pi\iota\pi\upsilon\omicron\acute{\iota}\alpha$  pro  $\varphi\upsilon\gamma\acute{\alpha}\delta\epsilon\varsigma$   $\delta'$   $\acute{\epsilon}\pi\iota\pi\upsilon\omicron\acute{\iota}\alpha\iota$ , de quo loco supra diximus.

V. 1049.  $\gamma\acute{\alpha}\mu\omicron\upsilon$  vulgo ex R.  $\gamma\acute{\alpha}\mu\omicron\upsilon$  libri; quod quum in omnibus libris exstet, videndum est an sit revocandum et  $\Delta\acute{\alpha}\iota\omicron\upsilon$   $\delta\upsilon\varsigma\acute{\alpha}\nu\omicron\rho\alpha$  verbis Aegyptii significantur, quos ut Iuppiter nuptiis exoptatis privet, Chorus precatur. Hanc senten-

tiam meam praeter librorum auctoritatem etiam illud probabilem reddit, quod privari aliqua re (*ἀποστερευῆσθαι*) non videtur dici posse, qui eam ipse aspernatur et refugit, ut puellae nuptias. Requiritur potius *ἐλευθεροῦν* vel similis notio. Supra *ἀπαλέξει* chorus dixerat.

Ex his exemplis satis apparere puto, in codicem Robortellianum emendatoris importunitatem grassatam esse nulliusque auctoritatis esse editionem ex eo expressam. Quare non dubitabimus veras et probabiles lectiones, ubi unius R. fide nituntur et a M. absunt, ex coniectura repetere; id quod in haec exempla cadere existumo:

V. 44. *ἔξ ἐπιπνοίας* pro *ἔξ ἐπιπνοίαις*. — V. 61. *ἄτ' ἀπό* pro *ἄτοπο*. — V. 125. *λίνοισιν* pro *αἴνοισιν*. — V. 212. *συγγνή* pro *εὐγνή*. — V. 221. *ἴζεσθε κίρκων* pro *ἴζεσθαι κρέκω*. — V. 266. *ἀμέμπτως Ἄπις* pro *μεμπτῶς ἄπεισ'*. — V. 269. *λέγοις πρόσω* pro *λέγοι πρόσως*. — V. 270. *μὲν* pro *μιν*. — V. 326. *κέλσειν* pro *κέλσειεν*. — V. 341. *πέφρικα* pro *πέφρικα*. — *ibid.* *τάσδ' ἔδρας κατ.* pro *τάδέδρακατ.* — V. 371. *ἄγος* pro *ἄλγος*. — V. 375. *μὴ δράσαι τε* pro *μὴ δράσητε*, accentu tantum vitioso. — V. 385. *ὑποχέρριος* pro *ὑποχέριος*. — V. 396. *ἐπήλυδας* pro *εἰ' ἑπήλυδας*. — V. 490. *ἀσφάλεια* pro *ἀσφαλείας*. — V. 503. *ἐπιστρέφον* pro *ἐπιστρέφω*, quorum posterius quanquam in M. inest, tamen et ipsum coniecturae tribuo. Scripserat enim poeta *ἐπιστρέφον*, quod, quum in distribuendis inter personas versibus peccatum esset, aliquis in *ἐπιστρέφω* mutavit. Hoc is, qui R. codicem scripsit rursus in *ἐπιστρέφον* emendavit. — V. 561. *δείματι* pro *δείματι*. — 598. *ἔνισπε* pro *ἐνόσπερ*. — *ibid.* *κεκύρωται* pro *κεκύρωται*. — V. 617. *ἔκταν* pro *ἔκταν*. — V. 655. *πόλις* pro *πόλις*. In antecedentibus verbis *φλεγόντων θ' ὡς* Victorii coniecturae debetur. *φλεγόντων τῶς A.* *φλεγόντων τῶς R.*, quod etiam in M. esse suspicor, de cuius lectione non constat. Hanc ipsam scripturam cum Ahrensis p. 28. revocaverim, qui *ἀσυνδeton* in imperativis solemne esse monuit. Nam si *ὡς* scribitur, optativus offensionem est, cuius loco lex

grammatica coniunctivum flagitat. — V. 732. *φρεσὶν* pro *φρεσσίν*. — V. 756. *εὐγλώσσω* pro *εὐγλώσσως*. In M. ζ litterae duo puncta imposita sunt, quibus fortasse indicatur eam litteram delendam esse. — V. 832. *ἔδρανα* pro *ἰδρανα*, de cuius correctionis necessitate dubitari posse supra monitum est. — V. 860. *ὄσον* pro *ὄρον*. — V. 886. *Διωλόμεσθα*. *ἄελπι' ἀναξ* pro *διωλόμεσθα ἐπιτάναξ*, quod collatio Weig. Mediceo tribuit, quum altera *διωλόμεσθα ἐλπιτάναξ* afferat. — V. 888. *Θαρσεῖτ' οὐκ ἐρεῖτ' ἀναρχίαν* pro *Θαρσεῖ τοῦ χειρῆ-ταναρχίαν*. — V. 893. *ᾠρθωσας φρενί* pro *ᾠρθωσα φρενεῖ* M. (Weig.) *ᾠρθωσα φρενί* A. — V. 900. *οὐ μάλ'* pro *οὐδὲ μάλ'*. — V. 901. *κλύω* pro *κάτω*. — V. 969. *γεγραμμένοις* pro *γεγραμμένους*. — V. 978. *πεδοστιβῆ* pro *παιδοστιβῆ*. — V. 987. *οἰκησις* pro *οἰκήσεις*. — V. 1005. *προχοῶς* pro *πρὸς χοῶς*. — V. 1056. *τὸ* pro *τε*.

His, quae modo exposuimus, duo effecisse nobis videtur, primum ut quam exigua sit editionis Robortellianae auctoritas intelligatur, deinde ut maximam lectionum Robortellianarum partem a Mediceo discrepantium nihil valere appareat ad sententiam nostram refellendam, qua M. et cod. R. ex eodem libro descriptos esse statuimus. Neque reliqua diversitatis exempla eam vim habent, ut hi duo libri ex diversis fontibus ducti esse videantur. Nam omnia fere scribendi erroribus, quibus nullus liber vacuus est, originem debent; nonnulla verendum est ne mera sint typographica editionis vitia. Horum errorum gravissimos, qui ad R. pertinent, meliorem scriptura in M. servata, iam deinceps afferam:

V. 14. *διὰ κυβαλέων* pro *διακιμβαλέων*. — V. 49. *γῦν* pro *νῦν*. — V. 66. *φιλοδέρτοις* pro *φιλοδέρτοις*. — V. 67. *παρειὰν* pro *ἀπαλάν*. — V. 107. *ἐμπρέποι* pro *ἐμπρέπη*. — V. 124. *πολλάκι* pro *πολλάκι*. — V. 160. *ἀνεύξεται* pro *ἐνεύξεται*. — V. 161. *βοῶς* pro *βοὸς*. — V. 176. *ἐπιδελτομένηας* pro *ἔπη δελτομένηας*. — V. 239. *παρ' ἡμῖν* pro *παρ' ὑμῖν*. — V. 245. *κέρου* pro *ἡεροῦ*. — V. 252. *στρυμὸν* pro *στρυμών*. — V. 293. *παλαγμαίων* pro *παλλαγμαίων*. —

V. 298. *χυραδίους* pro *χυραδίας*. — V. 330. *γίνωμαι* pro *γένωμαι*. — V. 347. *μέμυσκε* pro *μέμυκε*. — V. 450. *πολλῶν* pro *πολλῶν*. — V. 470. *τηχέων* pro *τειχέων*. — V. 473. *δ'* om. — V. 478. *τοιζδ'* pro *τηζδ'*. — V. 508. *φόβῳ* om. — V. 548. *πάν* pro *τάν*. Falsa est ad h. l. Wellaueri de Robortello notatio. Nam ille in codice suo non *πάν*, quae est ipsius coniectura, sed *πάν* invenit. — V. 554. *χιονόβοσκοντ'* pro *χιονόβοσκον ὄντ'*. — V. 552. *βούκολοπτερόεντος* pro *βουκόλου πτερόεντος*. — V. 569. *ἀθανόστου* pro *ἀπαύστου*. — V. 584. *κηρύσαις* pro *κυρήσαις*. — V. 623. *ἐπ' ἀληθειῖ ἀτέρμον* pro *ἐπ' ἀληθείᾳ τέρμον*. — V. 649. *δ'* om. — V. 651. *ἀνάτωρ* pro *εὐνάτωρ*, ut V. 675. *ἀφήμοις* pro *εὐφήμοις*. — V. 717. *μ'* om. — V. 762. *ἄφαντος* pro *ἄφαντος*. — V. 803. *τί δ' ἄν νευσέθεν* pro *πιδάνευ σέθεν*. — V. 811. *ἰὲ ἰὲ* pro *ἦὲ ἦὲ* (*ἦε ἦε* M. coll. Weig.). — V. 816. 822. *σοῦθε σοῦθ'* pro *σοῦσθε σοῦσθ'*. — V. 836. *δεξιόμενον* pro *δεξιόμενον*. — V. 892. *ἐγγλίους* pro *ἐγγλίεις*. — V. 909. *ἀπαγγέλειν* pro *ἀπυγγέλλειν*. — V. 935. *ἐπὶ* pro *ἐστι*. (Cave credas Wellauero eam lectionem Aldinae tribuenti.) — V. 942. *αὐτοί τε* pro *ἀστοί τε*. — V. 951. *ἀλοθρόοις* pro *ἄλλοθρόοις*. — V. 955. om. — V. 961. *μέν* om. — V. 976. *τέρην* pro *τέρειν*. — V. 1020. *θεοῖς* pro *θεός*. — V. 1028. *πολέμου* pro *πολέμους*. — V. 1042. *τὸ μέλον* pro *τὸ μέλλον*.

Magis memorabiles sunt paucae quaedam aliae scripturae, in uno hoc libro repertae, de quarum origine dubitatio esse possit. Sed neque ea exempla aut numero multa aut dignitate gravia sunt, ita ut, quod de librorum cognatione dixi non valeant evertere. Sunt autem haec: v. 14. *δὲ* post *ἀνέδην* additum est. V. 109. *τιμῶν* pro *τιμῶ*. V. 197. *ἀφελκός* pro *ἐφορκός*. V. 728. *θάλπτοι* pro *θάλπει*. V. 844. *βάττ'* *ἐπ' ἀμίδα τροκακὰ παθῶν*, quod vix dubito quin ex correctione profectum sit. V. 919. *πείθη* pro *πίθοι*, quo loco, si maior esset huius libri fides, ambigi posset, utrum *πίθη* an *πείθη* legendum esset.

## C a p u t VI.

## De codicis Medicei praestantia.

Mediceum librum reliquis omnibus praefendum esse ex iis, quae de illis disputavimus satis apparebit. Nam non solum cum Robortelliano ex longe puriore fonte haustus est, quam A. et G., sed etiam illi, quocum a nobis familiae vinculo comprehensus est, hoc longe praestat, quod vacuus est correctionibus, quae plurimae in altero inveniuntur. Quamvis igitur editio Rob. multis locis melius quid praebet, quam Med., tamen hic multo pluris aestimandus est, quam illa, cuius nulla fides, nisi ubi cum M. consentit. Qui quidem et ipse multis vitiis depravatus est, sed ea plerumque ad omnes libros pertinent. Nam eiusmodi locos, ubi Medicei lectio reliquis omnibus deterior sit, admodum paucos invenias. Contra permulta sunt exempla, ubi Mediceus aut ipsum illud, quod verum videtur, exhibet, aut minus quam reliqui libri a genuina lectione abest. Quare in huius fabulae emendatione ab eius scripturis proficiscendum est, quae ubi locum habere nequeunt, aliorum librorum lectionibus plerumque haud fere maior, quam coniecturis fides habenda est. Quantopere autem Medicei scriptura in universum excellat, superior disputatio docere potest, ita ut opus non sit omnia praestantiae exempla repetere. Ea tantum breviter hic tractabo, quae quum ex M. auxilium peti possit, nondum satis emendate leguntur; reliqua, ubi M. scriptura iam recepta est, velut 670. 1010., praetermittam.

V. 417. *ὄρμῆναν* A. G. R. contra sententiam et metrum. *ὄρμῆναν* coni. Pauw., quod nunc vulgatur. Sed quum M. *ὄσορμῆναν* praebet, illa coniectura minime opus est. Nam quod Wellauerus *ὄρμῆναν* praefendum putat, quia in antistropha purus creticus sit, ea ratio admodum levis est, quum etiam v. 414. et 419. creticus et paeon quartus inter se respondeant.

V. 490. vulgo δι' ἄστεως, sed M. δι' ἄστεως, quod recipiendum est. Eam formam tuetur metrum Eur. Phoen. 842. πόση τις ἢ πῆλοιπος ἄστεως ὁδός. El. 244. ἐκ τοῦ δὲ ναίεις ἐνθάδ' ἄστεως ἐκάς. Or. 749. εἶδον ἄστεως ἀγνιὰς τεύχεσιν πεπραγμένας, Sophoclicque restituerunt Oed. T. 762. Emsleius, Hermannus, Wunderus.

V. 134. vulgo legitur καλῶς ἂν ἡμῖν ξυμφέροι ταῦτι', ὦ τέκνα. M. — τουτωτεκνα, unde vide an τοῦτι' ὦ τέκνα restituumdum sit. Hac data occasione moneo, in proximo versu, quum σοί non satis aptum sit, legendum videri:

εἴ τοί τι καὶ θεοῖσιν ἐχθαιροῖάτο.

V. 823. vulgatur ex R. εἴτ' ἀνά sine sensu. ἀθάνα Λ. (G.?). εἰθάνα M., unde locus sic emendandus est:

εἴθ' ἀνά πολύφροντον

ἀλμύεντα πόρον

δεσποσίῳ ξὺν ὕβρει

γομφοδέτιῳ τε δόρει διώλου.

Cf. Well. Add. ad Tom. II. p. 431. — Chori autem haec verba esse apparet.

V. 934. κεκλειμένην vulgo ex coniectura nescio cuius. κεκλειμένην libri omnes praeter M., qui habet κεκλημένην unde κεκλημένην restituendum videtur, quod magis Atticum vocant.

V. 558. Μαινομένα πόνοις ἀτί-

μοις ὀδύνας τε κεντροδα-

λήτοις θείας Ἑρας.

Extremus horum versuum non satis respondet antistrophico οἰστροδόνητον Ἰώ, cui licentiae Wellauerus e dochmiaci numeri libertate excusationem parare studuit. Sed eum numerum hic minime aptum esse docent bini qui praecedunt versus, quos eius generis versus sequatur necesse est, qui numeri choriambici catalexim faciat. Deinde magna me tenet dubitatio, num θεία Ἑρα recte dicatur, quum antiqui scriptores hoc epitheton non ipsorum decorum nominibus addidisse videantur. Certe ne unum quidem eiusmodi exemplum inveni, neque ullum in nova Thesauri Stephaniani editione

allatum est. Accedit, quod chorus non sic animatus est erga Iunonem, ut eam epitheto, quod laudis significationem habeat, ornare possit. Iam vero *Θείας* illud e coniectura ortum videtur, qua solus Mediceus non depravatus est. Is enim *Θνίας* praebet, in quo *εὐιάς* latere conieci, quum litteras Θ Θ saepe in Aeschyli libris inter se confundi intellexissem. Sic v. 917. idem liber *εἶσθι* habet pro *εἶσει*. Recte autem dicitur Iunonis Baccha; sicut enim Maenades Dionysi numine in furorem coniiciuntur, sic Io furore ab Iunone inmisso agitabatur. Denique quod ad metrum attinet, Aeschylus horum versuum:

$$\begin{array}{cccccccc} \times & \times & \cdot & \cup & \cup & - & - & \\ \cdot & \cup & \cup & \cdot & \cup & - & - & \end{array}$$

responsionem admisisse videtur. Similiter v. 847. et 855. hi versus inter se oppositi sunt:

*Καὶ γὰρ δυσπαλάμως ὄλοιο.*

*Λύμασις ἢ πρὸ γὰς ὑλάσκει,*

quanquam ibi de veritate scripturae magna me habet dubitatio.

Ag. 680. 1. — 696. 7., ubi sic scribendum est:

*κελσάντων Σιμόεντος ἀ-*

*κτὰς ἐπ' ἀεξιφύλλους. —*

*πάμπροσθ' ἢ πολύθρηνον αἰ-*

*ῶν ἀμφὶ πτολιητῶν.*

Quod ad correctiones attinet, quae in M. antiquis lectionibus suprascriptae sunt, eae e codice quodam petitae videntur, qui in plerisque locis cum altera familia (A. et G.) consentiebat, sed tamen nonnunquam melius quid praebat, quam reliqui libri. Ubi correctio ad A. et G. auctoritatem accedit, saepe melior est prior M. lectio, veluti v. 175. προ-

*μήθειαν.* 417. *ὀρομένηαν.* 490. *δι' ἀστεως.* 670. *νεολαιε.*

681. *προμηθεύς.* 934. *κεκλημένην.* Aliis locis levia Medicei

vitia emendata sunt: v. 13. *ἀχαιων.* 234. *ἀπ'.* 384. *θέλει.*

603. <sup>ο</sup>λόγων. 903. <sup>οι</sup>κλαεις. 980. <sup>ειν</sup>μενην (?). Sed eas correptiones non ex eodem fonte petitas esse, unde A. et G., ex his exemplis intelligitur: v. 117. <sup>ο</sup>ἐπιδρομῶ πόθι, quam optimam esse scripturam supra ostendimus. v. 962. <sup>ως(ων?)</sup>φιλου .  
 v. 1026. <sup>φ</sup>ψέδρα, de quo difficile est iudicium. Cum R. congruit correctio v. 834. <sup>ε</sup>εἶδοι, quod bonum. v. 855. <sup>οι</sup>ὑπρο-  
 γασυλάσκει. Unus locus superest v. 741. <sup>ους</sup>κρείσσων. κρείσσονας A. (G.?) R. Vulgatur inde a T. κρείσσους. Sed si κρείσσων eam scripturam esse tenemus, quae sola fidem habeat, dubitari potest an poeta κρεῖσσον scripserit.

## C a p u t VII.

### De corruptelis quibusdam ad omnes libros pertinentibus.

Satis multos versus librorum auxilio adiuti emendavimus. Superest insignis exemplorum copia, ubi idem mendum omnes libros occupat et etiamnum poetae verbis officit. Quorum nonnulla hic breviter tractare visum est.

V. 99. τὸ θάλλος contra metrum et sensum legitur, pro quo τὸ θάλλος in ed. Glasg. scriptum est, quod metri causa Wellauerus recepit; sed id ne Graecum quidem vocabulum est. Turpius etiam Hauptius lapsus est, p. 127 scribens τὸ θαλλός, quum nullum substantivum tertiae declinationis in — ος oxytonon esse nesciret. Θαλλός est masculinum secundae declinationis. Bothium autem, qui multa temere mutavit et sine ratione invexit, hoc quidem loco rectissime τεθαλώς emendasse apparet ex scholiastae notationibus, in hunc modum distribuendis:

πυθμῆν] ἀντὸς ὁ Αἴγυπτος. [ἄλλως] ἢ ῥίζα τῶν πενήκοντα παίδων, ὃ ἐστὶν Αἴγυπτος ἀντὸς.

(τὸ θάλος; leg:) τεθαλώς] οὐ φύλλοις, ἀλλὰ τῇ ἀνοίᾳ τῶν παίδων ξαντοῦ καὶ διάνοιαν μαινόλιν ἔχων· ὅπερ ἐστὶ κέντρον ἄφρηκτον.

τεθαλώς scholiastam legisse, docet dativus φύλλοις, qui unde pendeat non habet, nisi τεθαλώς participium cum explicare voluisse statuis. Fortasse scholiasta quum illa scriberet memor erat Pers. 608. ἐν φύλλοισι θαλλούσης-ἐλαιίας. Praeterea ex eius verbis apparet καὶ particula v. 101 (quae fortasse ex ζᾶτι depravata est) coniungi participia τεθαλώς et ἔχων.

V. 190. διὰ χερῶν συνωνύμων adeo ineptum est, ut Wellauerum mirer non recepisse vel sine libris εὐωνύμων, optimam Pearsii coniecturam scholiastae explicatione satis munitam: τῇ ἀριστερῇ τοὺς κλάδους κατέχουσαι. Similes corruptelae in omnibus libris exstant v. 212. εὐγνώη pro συγγνώη. v. 698. συνουτῆρος pro εὐθυνηρος.

V. 263. rex de monstris terra genitis, quibus Apis Argivorum gentem liberaverit, haec dicit:

Τὰ δὲ παλαιῶν αἰμάτων μιάσμασιν  
Χρανθεῖσ' ἀνῆκε γὰρ, μηνεῖται δ' ἄκη  
Δρακονθόμιλον δυσμενῆ ξυνοικίαν.

Sic edidit Wellauerus, quum inde a Turnebo μήνη καὶ δάκη legeretur, quod vel Hauptius retinuit. Wellauerus fere ad antiquiorum librorum auctoritatem rediit, in quibus tamen μηνεῖται ἄκη sine δ' scribitur. Turnebiana lectio, quae mera coniectura est, vel propter numerorum vitium ferri nequit. Reliquorum editorum commenta silentio praeterire salius est; sed Wellaueri crisin paullo accuratius examinabo. Is ἀμύνεται δ' ἄκη vel μίηδεται δ' ἄκη scribendum putat, quod sic interpretatur: „remedia excogitat contra belluas. Hunc sensum inesse debere et δ' ἄκη verum esse, dubium mihi non videtur; quod verbum autem pro μηνεῖται reponendum sit, „sagacioribus excogitandum relinquo.“ Haec falsissima esse iudico. Nam quum verborum illorum sententia nos lateat, ad id quod Aeschylus dixerit inveniendum proxima adhibere

debemus; quae si diligenter consideramus (τούτων ἄκη — προἄξιας — μνημὴν εὐρετο), dubitari posse non videtur, quin Aeschylus in iis quae antecedunt non de remediis, sed de monstris verba fecerit, ita ut non δ' ἄκη, sed δάκη legendum esse videatur. Praeterea constructio verborum μῆδεται ἄκη ὁμιλίαν admodum dura est; quam si quis talibus exemplis, quale est Sept. 270. μέριμναι ζωπυροῦσι τάρβος τὸν ἀμφι-τεργῆ λεών, defendere velit, huic respondebo eiusmodi difficultates, ubi codicum auctoritate firmatae sunt, interpretando expediendas, neque vero, ubi non sunt, emendando inferendas esse. Confirmatur mea sententia scholiastae verbis; qui quum ad Δράκονθ' ὁμιλον, haec adscripserit: τί ἀνήκε; δρακόντων πληθός, eum post γαῖα non alterum verbum legisse apparet. Quare quanquam certam loci medelam non habeo, hoc tamen extra dubitationem positum videtur, in μηνεῖται latere adiectivum aliquod aut ad γαῖα aut ad δάκη pertinens. (γαῖα μηνιτή?). Sed sufficiat rectiorem viam indicasse, quam ea est, quam Wellauerus iniiit et Faehsius Lex. Trag. v. ἄκος tenuit pessime coniiciendo: τέμνει δῆτ' ἄκη.

V. 350. νέον θ' quid significet nondum a quoquam explicatum est, neque poterit explicari. Mihi duae emendationes in mentem venerant, ναῖονθ' et νεύονθ', in quarum alteram etiam Bambergerum incidisse vidi, perverso iudicio repudiatam a Tittlero in Progr. Gymn. Breg. 1840. p. XV.

V. 430. vulgatur nunc ex Seidleri emendatione Μένει Ἄρει κτίρειν; quae scribendi ratio plura obstant quominus vera videatur. Primum enim numeri antistrophici strophici non satis accurate respondent. Quum enim versus strophae Δίκας ἀγομέναν hanc dochmii formam exhibeat,  $\cup \acute{\cup} \grave{\cup} \cup -$ , cui in antistrophico μένει Ἄρει κτίρειν haec opposita est  $\cup \grave{\cup} \acute{\cup} \cup -$ , habemus quoddam responsionis genus, quod Aeschylum nunquam admisisse censet Engerus p. 59: „illud autem contendo atque firmissime assero, ei dochmii formae, quae alteram arsim non habet solutam, nunquam ab Aeschylō

oppoſiti ſolutam, niſi prior quoque ſolvatur. Nihil enim tribuo uni qui obſtare videtur verſui proxime ei quem tractamus antecedenti; nondum enim recte emendatum antitrochicum puto.“ Loquitur vir doctus de ipſo in quo verſatur diſputatio verſu; cuius facillimam emendationem, qua etiam numerorum rationi conſuleretur, inveniſſe mihi videbar. Quum enim in G. R. M. *δρεικτείνειν*, in A. *δρεικτίρειν* exſtaret, ſic ſcribendum eſſe exiſtimabam: *μένει δορι τίνειν*. *Ἄρξει* autem ne ſententia quidem fert. Wellauerus hoc ita interpretatur: „ut ſimilem Marti luant poenam, utcuſque decreveris“. Sed Martiſ mentio minime apta eſt, cuius dei numen rex neque violaverat neque violaturus erat. Mihi haec ſententia requiri videbatur: „ut bello luas poenam“, cui reſpondet regis oratio v. 434: *ἢ τοῖσιν ἢ τοῖς πόλεμον αἴρεσθαι μέγαν πᾶσ' ἔστ' ἀνάγκη*. Haec probabiliter dicta videri poſſunt. Sed tamen rectius Bambergerum *μένει ἄγει* (ab *ἄγος*) *κτείνειν* emendasse puto, niſi *μένει ἄρξ' ἐκτείνειν* ſcribendum eſt, quam emendationem mecum ecommunicavit C. E. Chr. Schneiderus, de legis Engerianae veritate dubitari poſſe monens.

V. 493. *Φύλαξαι, μὴ Θράσος τέκῃ φόβον. φόνον* conieceram, quod nunc video a Pauwio praeoccupatum, ab aliis reiectum, a Wellauero autem ita ſpretum, ut ne commemoratione quidem dignum haberet. Sed prorsus hoc neceſſarium eſt. Veretur Danaus, ne, ſi ſolus in urbem ſe conferre auſus fuerit a civibus interficiatur, nesciis, quid inter ipſum et regem actum ſit: „Nam quum ſaepe acciderit, ut vel amicus amicum non cognitum occideret, quanto facilius fieri poſteſt, ut quis me, qui peregrinus ſum, necet.“ Propterea autem Danaus regem cavere iubet, *μὴ Θράσος τέκῃ φόνον*, ne urbs ſupplice interfecto piaculum (*ἄγος*) ſibi contraheret. Quare regis maxime intereſſe oportebat, ut Danaus in urbe tutus eſſet. (*ἀσφάλεια δ' ἢ δι' ἄστεως* v. 493.) Contra *φόβον* plane abſurdum eſt. Nam ad quem timorem pertinere ſtatuumus? Ad Danaum? Profecto magnae eſſet arrogantiae, ſi quis a

rege propterea aliquid postularet, ne timendi caussam haberet. Ad cives? Hi unum hominem non timebunt.

V. 612. *πρόφρων ᾧν*. Correxerit Canterus *προφρωνῶν*, quod omnes editores praeter Wellauerum et Hauptium receperunt, qui propterea de emendationis veritate dubitare se aiunt, quod nihil sit, quod hoc participium cum sequente *λέγων* coniungat. Sed ea ratio nihil valet, quoniam *λέγων* pendet ex *προφρωνῶν*, (*προεφώνει λέγων*). Quod si conceditur, totus locus Canteri emendatione satis purgatus videbitur. *πόλιν* est accusativus subiecti, *κότον* acc. obiecti. Ad fidem ei mutationi faciendam valent nonnulla exempla, in quibus Med. *ο* male additum habet: v. 438. *δρούμοις* pro *δόμοις*. v. 672. *βρότατος* pro *βοτά τῶς*. 917. *χροοῖ* pro *χοῖ*. — Ceterum comma post *φάνέν* delete.

V. 711. *ὁμῶς ἄμεινον, εἰ βραδύνοιμεν βοῆ,*  
*ἀλκιῆς λαθέσθαι τῆςδε μηδαμῶς ποτε.*

Verba *εἰ βραδύνοιμεν βοῆ* non intelligo; conieci *εἰ βραδύνοιεν βοήν*, nam *βραδύνειν* plerumque est verbum transitivum. Dativus quomodo explicari possit, non video.

Nonnulli loci interpunctione mutata emendari possunt:

V. 37. *πρὶν ποτε λέκτρων, ᾧν θέμις εἶργει,*  
*σφρετεριζόμενον πατραδελφείαν*  
*τῆνδ' ἀεκόντων, ἐπιβῆναι.*

Quum *ἀεκόντων* aperte ad *λέκτρων* pertineat, comma post *τῆνδ'* ponendum est: *τῆνδ', ἀεκόντων ἐπιβῆναι*. An ad puellas *ἀεκόντων* referes?

V. 113. *πολλάκι δ' ἐμπιτνῶ ξὺν λακίδι,*  
*λίνοισιν, ἧ*  
*σιδονίᾳ καλύπτρα.*

Dativi *λίνοισιν* et *καλύπτρα* pendet ex *ἐμπιτνῶ*, *ξὺν λακίδι* autem rationem significat; quare sic scribendum est.

*πολλάκι δ' ἐμπιτνῶ*  
*ξὺν λακίδι λίνοισιν ἧ*  
*σιδονίᾳ καλύπτρα.*

λακίς est laceratio. Cf. Pers. 123. βυσσίοις δ' ἐν πέπλοις  
πέση λακίς.

V. 382—386. mala interpunctione laborant. Nam νόμῳ  
πόλεως ad κρατούσι, non ad φάσκοιτες ἐγγύτατα γένους εἶναι  
pertinere manifestum est, ita ut comma post σέθεν sublatum  
ante φάσκοιτες ponendum sit. Etiam v. 385. non in fine  
versus, sed post φεύγειν interpungendum videtur, ut haec  
sententia evadat: „Necesse est igitur te accusari, ut coram  
„legitimis iudicibus demonstres, illis secundum civitatis Ae-  
„gyptiacae leges nullum in te ius competere.“

V. 749. 50. sic scribendum est:

ἄλλως τε καὶ μολόντες ἀλίμενον χθόνα,  
ἔς νύκτι' ἀποστείχοντος ἡλίου. φιλεῖ κιλ.